


DE FORMULARUM ANDECAVENSIUM LATINITATE DISPUTATIO



E. SLIJPER

DE FORMULARUM ANDECAVENSIUM LATINITATE DISPUTATIO

DE FORMULARUM ANDECAVENSIUM LATINITATE DISPUTATIO

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

J. F. HOUWING

Litt. class. et utr. iur. doct. et in fac. iur. prof. publ. ord.
Nobilissimae facultatis philosophiae theoreticae
et
Litterarum humaniorum decreto

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in litterarum classicarum disciplina honoribus ac privilegiis

IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI

rite et legitime consequendis publico examini submittet

EZECHIËL SLIJPER

AMSTELODAMENSIS

DIE XVI MENSIS IANUARII ANNI MDCCCCVI HORA IV

IN AULA ACADEMICA

AMSTELODAMI

H. EISENDRATH

MDCCCCVI

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS
SPONSAE DILECTISSIMAE

Cum iam in eo sim ut Academicis studiis finem imponam, omnibus iis quibus educatio mea atque eruditio curae fuerunt, publicas agere gratias officium mihi est admodum iucundum et debitum. In primis vobis, Parentes carissimi, quibus hunc librum sacrum esse volui; tum vobis praesertim, in Amstelodamensi Universitate Facultatis Litterariae Professores, qui mihi doctrina et consilio profuistis et succurristis: cl. PIERSON et BELLAAR SPRUIJT, praemature acerbo fato amicis et discipulis etiamnunc lugentibus ereptis; vobis cl. NABER et VAN DEN ES iam otio bene merito fruentibus; vobis deinde cl. VALETON, KUIPER, SIX et VAN MELLE, tum tibi maxime cl. KARSTEN, aestimatissime Promotor. Valete omnes, vivite et vigete ut diu possitis studia dirigere discipulorum.

Non huius est loci memorare quantum tibi debeam cl. SPEIJER, in Universitate Leidensi prof. publ. ord.. Accipe pro benevolentiae tuae erga me testimoniis gratias sincerissimas.

Quae tua in hoc scribendo libello sit pars v. d. SALVERDA DE GRAVE, omnes qui te norunt et me, intelligunt. Te laudare nolo; verbis parco; facta tantum docere posse quanti te ducam puto neque quid tibi optatius esse scio quam ut studia mea gratum animum testentur. Hoc mihi est in votis me ita praebere ut te discipuli numquam pudeat; sed hac prece te oro: pergas consiliis et praeceptis me adiuvare.

Restat ut eorum quoque qui in Bibliotheca Leidensi libros studiosis procurant, diligentiam atque qua sunt comitatem memorem.

AEQUO LECTORI!

In hoc scribendo libello latina lingua me usum esse, non quia argumento sit aptissima, sed quod lex ita iubeat, libenter confiteor; si animo meo obtemperare potuissem, francogallorum linguam, ut par est, praetulissem. Nunc in multis peccavi et scriptura mea saepe infringet praeceptum illud Wijttenbachii: *Bene latine scribere duabus, ut ipsum nomen significat, constat partibus: latine scribendo et bene scribendo; prioris haec est vis, ut oratio sit pura, sincera, emendata, nil habeat sordium a recentiore aevo, nil alienum a consuetudine Latina et Grammatica ratione* (vita D. Ruhnkenii op. I p. 738). Sed quomodo his monitis oboedire semper possem scribens de rebus ab antiquitate classica tam remotis?

Qua de re, in phoneticis praesertim francogallorum artis nomina, latina forma induta, adhibere non contempsi, quamquam scrupus haud leviter animum urguebat meum fore ut unus alterve talia hybrida legens gravaretur.

Si quis autem carpere me velit propter temeritatem, quod hic illic barbare loqui non sim veritus, ei in memoriam revoco Erasmi illa verba, admodum memorabilia, quae in Dialogo Ciceroniano Bulephoro suo tribuit:

Quid hic opitulabitur mihi Ciceronis eloquentia, cui, quemadmodum res, de quibus dicendum est, erant ignotae, ita non potuerunt usitata esse vocabula, quae post illum nova cum rebus novis exorta sunt. (I col. 992—993.)

Igitur ERASMI auctoritate me defendam contra eos censores, quibus Ovidianum illud fortasse in mentem venerit:

et nocuit formae barbara lingua bonae.

Tuae autem acri curae atque diligentiae, clarissime KARSTEN, aestumatissime Promotor, qui summa eruditione atque praestantissimo, quo es, ingenio ea correxisti quae contra bonum usum latinum peccabant, hoc quoque loco gratias ago iustissimas.

PRAEFATIO.

I. De hujus libri argumento.

Sententiam, quam de formularum Andecavensium latinitate protulit in editionis, quam curavit, praefatione, viginti abhinc annis, KAROLUS ZEUMER [1]) hodie paucis tantum satisfacere, nemo est qui negat; eo tamen tempore ei consenserunt et alii viri doctissimi, in rebus historicis praesertim explorandis haud minimae auctoritatis, inter quos BRUNO KRUSCH.

Utriusque viri docti ipsa verba citare mihi licebit: „Sermonem", ita ZEUMER, „non solum a vera latinitate abhorrere, sed prorsus vulgarem esse, nemo non videt. Casuum distinctione fere nulla, numerorum etiam et personarum non ubique adhibita; praeterea Francorum seu Gallicorum verbis nonnullis inmixtis, saepius parum perspicuum est, quid sibi velit auctor. Accedit, quod scriba haud uno loco textum minime intellexisse videtur; immo auctorem nonnumquam, praecipue in antiquis iam diu usitatis formulis adhibendis, verba sua quid valeant parum vidisse patet. Qua de re libere confiteor, me quoque non omnia perspexisse atque nonnulla obscura reliquisse."

In libro, quem curavit ZEUMER, censendo [2]), BRUNO KRUSCH ita pergit; „Die Sprache der Andecavenses, deren oft corrum-

1) Historische Zeitschrift, neue Folge, Band XV 1883, p. 514.
2) Monumenta Germaniae Historica, Sectio legum V p. 3 (1886); cuius tomi prima pars, quae formulas continet, iam anno 1882 prodiit.

pirten Text der Herausgeber in scharfsinniger Weise verbessert hat, in das schauderhafteste Latein, was man sich denken kan. Hier einige Proben: caus für quos, cogive für conjuge, poteieremus für possemus, fossado, fossadassit."

Sententiam quam germanice protulit KRUSCH nihil differre ab eo quod latine expressit ZEUMER verbo „abhorrere" cuique apertum est; in exemplis tamen enumerandis ad iudicium suum illustrandum ille parum felix fuit. Utrumque ita iudicasse non miramur; vixerunt enim ea aetate, qua viri docti nondum curabant linguae latinae historiam ita persequi ut in etymologia declinationibus rebus denique syntacticis inquirerent quales formae olim constiterint, quomodo creverint quas mutationes subierint, quae perierint, quae novae accesserint; hoc enim studium ultima praecedentis saeculi parte demum excoli coeptum est et ab historicis studiis virorum laudatorum tum alienum erat.

Illi formularum linguam quod ad formarum sinceritatem et puritatem attinet cum classici sermonis usu comparaverunt, ulterius non processerunt. Hodie autem nos hac agendi ratione non amplius acquiescimus. Nos id agimus, ut cuiusque aetatis diversas sermonis proprietates penitus cognoscamus, inde totius latinae linguae mutationes et progressus efficiamus, denique ex harum rerum comparatione statuamus qua via et ratione tandem inde romanicae linguae prodierint. Qui tali consilio formularum sermonem indagabit, non subscribet iudicio, quod ZEUMER et KRUSCH protulerunt.

Prorsus enim non exstat latinitas quam iure suo vocet aliquis alia magis veram neque nos hodie formularum Andecavensium linguam, quae post a. 500 p. Chr. n. sunt confectae, cum classico sermone potissimum conferemus sed cum eiusdem fere aevi auctoribus et documentis monumentisque.

Hac comparatione probe instituta cognoscemus quo modo ex antiqua lingua pedetentim per saeculorum progressum nova exstiterit lingua.

Eo maioris autem momenti habenda sunt documenta litteraria quo propius accedunt ad ea tempora quae romanicis maxime vicina sunt.

Woelfflinii eiusque discipulorum meritis debemus, quod hodie via nobis aperta est, quam sequamur in auctore commentando; nec quisquam ita desipit, quin persuasum habeat, oportere eum, qui criticam sibi proponat editionem curare, auctoris linguam cum aequalium et monumentis et documentis quam accuratissime comparare; quod si quis fecerit, ei continget de auctoris latinitate iustum proferre iudicium. Zeumer hanc viam secutus non esse videtur; atqui formularum nostrarum lingua tali studio indigna non est; ex citatis iuris consultorum, qui de iuris, quod continent, natura scripserunt, nonnumquam apparet, eos in textu emendando fefellisse; periculum est ne sanis medeamur, quo plerumque fit, ut non corrigenda corrumpantur, ad quod evitandum necesse est vera a falsis discernere. Qua de re haud inutile duxi hoc libello complecti ea, quae de meo argumento dicenda sunt.

Diu haesitasse me non diffiteor, quia in hanc materiem iam viri docti quodammodo curam atque operam impenderunt, inter quos in primis nominandus est Hugo Schuchardt, qui in fontibus enumerandis, quos adhibuit in componendo celeberrimo illo opere, cui titulus: *Der Vocalismus des Vulgärlateins* (Leipzig, Teubner 1866—68, 3 voll.) Formulas Andecavenses se usurpasse profitetur. [1]) Tum Oskar Haag

---

1) I. pag. 16.

in dissertationis quae inscribitur: *Die Latinität Fredegars* (Diss. Freiburg i. B. Erlangen Junge 1898) praefatione se hic illic formularum Andecavensium atque Marculfi [1]) rationem habiturum esse promittens me non praeteriit [2]). Re autem accuratius atque diu mecum reputata, consilium, quod susceperam, non repudiavi; SCHUCHARDT enim contentus esse debebat editione, ut ipse fatetur, pessima atque nulla fide digna; HAAG autem perpaucis tantum exemplis, ex Andecavensibus citatis atque in calcem paginae reiectis, librum suum ornavit [3]); itaque multa mihi eos reliquisse cum cognovissem, non dubitavi quaedam retractare, dummodo id consequerer, ut, additis iis, quae adhuc essent desideranda, omnia in unum colligerentur, quae notatu sunt digna.

Eo libentius inceptum non dimisi, quoniam mox perspexi editioni, quae nunc optima habeatur, nonnulla afferri posse, quae attinent et ad ipsum textum hic illic sanandum et ad annotationes, quas addidit editor, refellendas.

De quibus rebus, antequam argumentum aggredior, nunc dicere instituo.

II. De Formularum Andecavensium editionibus.

Editionem, quà sum usus, curavit KAROLUS ZEUMER, qui formulas nostras quinto volumini praemisit Legum sectionis

---

1) De MARCULFI formularum latinitate disserere qui sibi proponit se oleum et operam non perditurum esse mox perspiciet; mihi autem fines non egredi potius est visum; occasione data fortasse mihi de hisce quoque in medium proferre quaedam continget.

2) Liber prodiit iterum in *Romanische Forschungen* von KARL VOLLMÖLLER X Band 5 Heft Jan. 1899 p. 835 sqq.

3) Quae scripsit hac de dissertatione JOSEF ANGLADE in *Revue de philologie française* 1900 non vidi.

praestantissimi illius operis, cui titulus: *Monumenta Germaniae Historica* (Hannoverae 1886).

In praefatione ipse editor editiones enumerat, quae suae praecesserunt, quarum primam curavit anno 1685 MABILLON in *Vet. Analect.* tom. IV p. 232—271 (Luteciae Par. 1685). JOHANNES MABILLON [1]) (1632—1707), Presbyter et Monachus ord. Sti. BENEDICTI Congreg. Sti. MAURI, vir inter aequales summae auctoritatis propter scientiam et sagacitatem atque diligentiam, cum anno 1683 [2]) cum Michaele Germano socio iter faceret per eas Germaniae partes, ubi bibliothecae supererant insigniores, mense Augusto monasterium Weingartense adiit, ibi per biduum benigne exceptus atque humanissime recreatus est; Weingarti exstabat conditorium pervetus cum bibliotheca valde munita egregiis libris; quos cum perlustraretur MABILLON, codicem invenit nostrum, quo formulae continentur. Eas describendas curavit atque biennio post edidit; quamquam manifestis atque expressis verbis non narrat, verisimile est non ipsum codicem transscripsisse sed hoc scribae cuidam mandavisse; quomodo enim duorum tantum dierum spatium sufficere potuit, quorum pars consumebatur, ut fit, in rebus a litterarum studio alienis, ad bibliothecam ita refertam perquirendam, ad libros seligendos textusque describendos [3]). Qua de causa parum verisimile esse crediderim ab ipso Mabillonio confectum esse exemplar idque ab eo collatum fuisse. Admodum vero in scribae eligendo fuit infelix; editionem enim

---

1) ZEUMER ipse de sua editione rettulit: *Göttingische gelehrte Anzeigen* 2er Band p. 1389 sqq. 1 u. 8 Nov. 1882.

2) Cujus vitam DE PERTH descripsit, v. Vet. Anal. 1723. E. DE BROGLIE, *Mabillon et la société de l'Abbaye de Saint-Germain des Prés.* Paris 1888.

3) Itineris Germanici descriptionem ipse MABILLON praemisit quarto volumini Veterum Analectorum.

multis et variis maculis abundare apparet, quorum quidem pars scribae illius negligentiae erit attribuenda, pars tamen ipsius editoris inconstantiae imputanda est.

Hic enim modo verba quaedam transscripsit in eam formam, quam apud classicos habent (v. c. *feci* ubi cod. *fici*), modo non transscripsit, sed hanc formam in margine appinxit; sed in his quoque marginalibus annotationibus parum sibi constitit, (v. c. iuxta *cido* nunc apposuit *cedo,* nunc omisit).

Nonnumquam consulto verba quaedam mutata esse videntur (v. c. *soboles* pro codicis *suboles*), hoc autem librarii culpae potest imputari, cuius peccata in codice describendo exhibent neque scientiam eius satis amplam fuisse nec curam in describendo satis assiduam testimonium. Ultima formularum verba fere semper omisit; litteris *etc.* finem nondum adesse indicari voluit, sed sequi in codice verba, aliunde nobis cognita atque inde repetenda et iterum substituenda.

Iam statim formularum initium de editionis dignitate nos monet; comparentur modo inter se haecce:

Ed. Mabillon:	Codex:
Hic est testamentum quarto regnum domni nostri Childeberto Reges quod fecit Missus ille Chestantus. Cum juxta consuetudinem.	Hic est iesta. Annum quarto regnum domni nostri Childeberto Reges quod fecit minsus ille dies tantus cum juxta consuetudine.

Iam Pertz [1]) hoc citavit exemplum; cui mihi quaedam addere nunc liceat; qua de causa postea apparebit; v. pag. 13.

pro *inaures* 5.10 Mabillon edidit: *intures ;* pro *intra, inara ;* pro *ratum, rectum ;* pro *succident*, *fattiden,* quae vox quid valeat quis coniiciendo divinare ausit?

1) Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Gesch. VII 1839 p. 801—2.

Qualis sit talium vitiorum vis atque effectus luculentissime glossaria demonstrant; sic v. c. in celeberrimo illo DUCANGII legitur suo loco vox, quae est *actificare*, quae aliunde nota non est; invenitur, ut perhibet DU CANGE, in Form. And.; ita revera legitur in MABILLONII editione; hodie autem eo loco vera lectio recte sese habet *aptificantes*, ut est in codice.

Hanc editionem, depravatam licet, sine ulla correctione ipse MABILLON libris *de Re Diplomatica* iniunxit (Par. 2a ed. 1709); post autem mortem denuo sunt editae formulae in Vet. An. (Par. 1723 fol. mai.).

Tandem anno 1844 EUGENIUS DE ROZIÈRE ipsum consuluit codicem; textum accurate descripsit atque edidit; quam editionem non vidi; ex omnibus autem, quae de formulis disputavit editor, textum tantum ad manum habui, quem inseruit in libro, cui titulus: *Recueil général des Formules usitées dans l'Empire des Francs du Ve au Xe siècle* (Par. 1859—1871 3 voll.). Ibi singulas formulas secundum argumenti rationem in singula capita digessit atque cum aliis eiusdem generis coniunxit, ut conspectum praeberet omnium idem spectantium atque eodem pertinentium formularum huius aevi atque sequentium, quod iuris consultis haud ingratum est.

Latent in hac editione quaedam, quae DE ROZIÈRE suo Marte addidit; desunt praeterea annotationes criticae, indices e. t.; deinde qui de lingua atque de iure Andecavensium formularum certius quid scire vult, ex iis per tria volumina dissipatis nonnisi magna opera vix quicquam cognoscet.

Itaque ZEUMER in editione sua codicis ordinem secutus, denuo eas recudendas curavit, adscriptis cuique numeris quibus sunt notatae apud EUG. DE ROZIÈRE; duas addidit tabulas phototypicas, duorum foliorum codicis imitantes partem. An-

notationes deinde subiecit, quibus continentur librarii menda quae correcta in textum recepit; alia notarum series non linguam spectat.

Zeumer propter curam adhibitam laudandus esset, nisi nonnullis locis oblitus esset se codicis lectionem emendatam edere, cum veram lectionem omittat; deinde multa adhuc reliquit librarii menda, quae meri sunt calami errores ac perfacile corrigi possunt, quo fit ut editio neque sinceram codicis praebeat effigiem neque omni vitio careat.

Exempla quaedam ad illustrandam opinionem sufficiant: legitur in editione oboedire 4.8, in codice autem obedire, quod verbum quid valeat infra p. 54 disputabitur; in calce paginae haec lectio desideratur (cf. tab. phot. 1a).

Edit: ut umquam tempore 18.3, collatis ceteris locis iam emendandum esse: ullumquam tempore vel puerum non fugiet; cui adiicias locum 16.26 ubi legitur lex manet; praestat lex monet; alio loco autem Zeumer, cum promissis stet, valuerit 5.19 recte textui reddidit pro falso codicis voluerit.

Neque miramur quod Zeumer non omnia se intellexisse profitetur; dolendum autem est eum locis obscuris crucem non appinxisse; nunc nostrum est coniiciendo id assequi, ut cognoscamus, ubi lateant sub herba angues.

Quo accedit, ut vel in annotationibus non semper editori

---

1) Repetiverunt Mabillonii editionem Canciani *Leges Barbarorum* III, p. 468 sqq. Venetiis 1785; Bouquet *Recueil* IV, p. 562. Par. 1741; Walter, *Corpus iuris Germ.* III, p. 497 sqq.; Migne, *Patrologia Latina* 87, p. 837 sqq. Paris 1868 Bouquetum est secutus. Paul Meyer *Anciens Textes bas-latins, anc. fr. et provençaux* citat ex editione quam De Rozière curavit atque anno 1846 inseruit in librum, cui titulus: Giraud *Essay sur l'histoire du droit Français au moyen âge* II. p. 425 sq. Paris 1846.

faverit fortuna; causa est, quod vir ille, inter historicos summae auctoritatis, de formularum lingua opinionem vix iustam habuisse videtur, ut ex suis ipsius supra citatis patet verbis. Loco enim, qui legitur decrederit 16.37, Mabillonii citat coniecturam: decreverit; quod sane insipientis est loco mederi, qui, si non cum Vergilii sermone, tamen cum eius aevi, in quo versamur, auctorum usu optime quadrat. Apparebit ex iis, quae de t finali suo loco disputabimus, ZEUMERUM leges phoneticas, quas in formulis reperiemus, parum perspexisse.

Quibus de causis cum iam suspicarer operae pretium fore ipsum conferre codicem cum editione, hunc a viro doctissimo CAROLO SCHERER, bibliothecae Fuldensi praefecto petivi, qui summa benignitate librum, Lugdunum Batavorum translatum atque curae commissum viri doctissimi SCATONIS G. DE VRIES, bibliothecae praefecti, per spatium satis longum temporis utendum accommodavit; duas phototypicas tabulas mihi, qua est comitate, praebuit vir cl. E. C. VAN LEERSUM in fac. med. Leidensi pub. prof. ord., quas huic libello me addere posse admodum gaudeo.

Tribus viris doctissimis pro beneficiis in me collatis hoc loco publicas dum agam gratias, munere fungor et merito et debito.

Inspecto codice multa adhuc obscura claruerunt. Iam in eo fui, ut textum denuo ederem; sed re accuratius perpensa, accedentibus deinde causis, quas commemorare non attinet, consilium dimisi. Potius visum est mihi annotanda annotare, perperam emendata in integrum restituere atque pro viribus meis corrupta sanare.

Sed de ipso codice videamus.

III. De codice Weingartensi.

Formulae Andecavenses ad nostram pervenerunt aetatem unico tantum codice servatae, quem ut exposui [1]), invenit anno 1683 JOHANNES MABILLON in monasterio Weingartensi unde nomen duxit *Weingartensis*. Anno autem quinto [2]) praecedentis saeculi Arausiacus princeps GULIELMUS FREDERICUS bibliothecam monasterii transferri iussit partim Stutgardiam partim Fuldam, quo migravit et codex noster.

Codex membranaceus Sacc. VIII, continet foliis 186:

a. Breviarium Theodosianum fol. 1—136. [3])

b. Formulas Andecavenses fol. 136—180.

c. Chronologica capita tria, quibus titulo:

1. Sex etatis sunt mundi.
2. Qualiter intellegere posso bissexto.
3. Incipit compotum annorum ab inicio mundi u[s] quae annum III theudorigo regis fol. 180—183.

d. Tres formulas alias fol. 183—186.

Quaterniones insunt 23, in media calce ultimae cuiusque paginae maiusculo signati: desunt litterae TVYZ, locus ubi FM scripta fuerunt erasus est; praeter ultimam primam quoque signatam paginam habent quaterniones quatuor primi.

Folia insunt in singulis quaternionibus octona; singula folia 75 × 55 m.M. sunt; contextus autem 55 × 35 m.M.

Singula folia 20 habent versus.

Scriptus est codex litteris semi-uncialibus formis merovin-

---

1) cf. supra pag. 7.

2) cf. Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft I 1860 p. 649.

3) Nonnullis auctum novellis qua de re vide HAENEL: *Lex Romana Visigothorum* (Lipsiae 1849), CONRAT: *Geschichte der Quellen und Litteratur des Röm. Rechts im frühesten Mittelalter* I, Leipzig 1891 pag. 222.

gicis atque carolingicis permixtis. Singularum formularum tituli menio sunt picti uncialibus litteris [1]).

Initiales coloribus sunt ornatae; nonnullae avium atque piscium imagines praebent; forte tantum eas hic illic prorsus quadrare cum contextu haud crediderim; formulae enim 34 initialis littera A imitatur duas aves, columbis haud dissimilis, labris iunctis velut columbantium; agitur autem de dote, qua indicatur Francorum, non Romanorum mos, ut pecuniam offerret non uxor marito, sed maritus uxori.

Formulae 33 quae est de eo, qui omnia sua naufragio amisit, initialis C, constat ex tribus piscibus.

Haud uno loco correctoris manus alia addidit, alia erasit.

Tamen codex non una manu scriptus est; insunt duo folia 166—167 ante alia propter scripturam contortam atque a ceteris penitus discrepantem notanda. Alio quoque loco codicis haec manus nobis occurrit. Coniicere licet haec folia postea esse descripta, omissis fortasse prioribus vel alio quodam casu.

De singularum litterarum forma haec sunt monenda:

a occurrit modo forma sua modo duobus *c* persimilis, modo litterae ꝗ;

t modo per t modo per ꝗ unde orta sunt vitia apud Mabillonium v. supra pag. 8;

st usquequaque sic: ſt;

nt semper in ligatura N̄;

---

1) ZEUMERUM perhibentem eas alterum scribam, qui formulas ipsas male intellexisse videatur, pinxisse refellit BRUNNER: *Zeitschrift für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.* Bd. 5, 1884 p. 72 i.c. Diese Ueberschrift (der Form.) als ungenau zu bezeichnen ist kein Anlasz vorhanden da auch Römische Kaiserconstitutionen des 5n Jh. die Erbpacht conductio nennen.

Praeter solitas abbreviationes praefixorum, quae sunt *per, prae, pro,* scribuntur per signum ; cum *ue* post *q* tum *-bus* in dat. et abl. plur. Lineola ducta super *abbt* indicatur abbatis, vel abbate, super *sti*: sancti; *di*: dei; *nri* vel *nra*: nostri, nostra; super *t*: *ter* in subter, inter; *Xri* christi; *m finale* saepius notatur lineola a sinistra dextrorsum se attollente.

Interpunctionis signa fere desunt; raro invenitur ;.

Tegumentum, quod invenit MABILLON, ex corio cervino constabat, neque est, cur suspicemur, non idem fuisse atque quo hodie munitus est codex. Ornatum est lamellis aurichalci atque catena vinctum ferrea, ut olim consueverant in bibliothecis omnibus libris praefigere ne a furibus auferri possent. Insuper quater bibliopega in eo impressit gothicis litteris MARIA; in adversum latus sexies impressum legitur; ornatum est ab omni parte floribus.

In priore tegumenti parte agglutinata est littera D rubra; infra quam litteris, quas gothicas appellamus: Tituli legales.

Intus in priore tegumenti tabula post numeros 34.9 quos codex in bibliotheca Weingartensi habuisse videtur, antiqua manus annotavit: De iure et legibus; in secunda membranea recentissima manus:

Codex Theodosianus . . . . a.

Formulae Andegavenses . . . . . b.

In imo codicis tergo legitur *H.70.*

HAENEL quem in tegumento describendo sum secutus (vide: praefationem p. LXXIV) anno quo scripsit 1848 narrat codicem insignitum fuisse numeris $\frac{\text{No. } 31}{4 \text{ E } 24}$ quorum addidit explicationem, quos numeros se non vidisse testatur anno 1885 ZEUMER.

Hodie autem valde mutilatum est folium primum cuius

magna pars cultro abscissa est; in qua parte fortasse olim vidit HAENEL quos explicat numeros.

Quo anno scriptus sit codex quaeritur et ubi.

Iam Mabillonium non fugit codicem pervetustum esse atque octavum non excedere saeculum pro sagacitate atque rerum quae ad palaeographicam pertinent scientia, qua admodum callebat, recte coniiciens; ceteri editores ei succinerunt et omnia eius verba repetiverunt, quorum tamen alii codicem ineunti alii exeunti saeculo attribuunt, quod quinquaginta tantum annorum spatium non magni est momenti, cum hoc, in quo versamur, aevo tam brevi tempore haud multum mutata sit scribendi ars atque ratio.

Pluris autem refert scire quibusnam argumentis nisi viri docti sententiam protulerint; omnes enim temporum indiciis, quae ipse codex praebet, usi sunt ad investigandum atque statuendum quando scriptus sit; attamen quoniam, si insunt temporis indicia, haec idcirco non ad codicis, qua exaratus sit, aetatem spectant, in argumentis adducendis mihi erravisse videntur.

Duae enim sunt quaestiones, quas ne confundamus cavendum; quarum altera spectat ad formularum, altera ad codicis aetatem statuendam; de utraque nobis est videndum.

Codicem non archetypum sed apographum esse, omnes tacite intellexerunt; deduci hoc potest cum ex eo, quod formulae inter alia documenta scripta occurrunt tum ex mendorum, quae insunt, natura. Utrum exemplum, quod ante oculos librarius noster habuerit, archetypus fuerit nulli umquam enucleare continget. Temporis indicia hoc monent codicem post ea quorum fit mentio facta exaratum esse, neque quicquam ex iis est derivandum aliud.

Exstat autem codex alius quocum si comparaveris nostrum nemo infitias ibit miram inter utrumque esse similitudinem.

Dicitur Andecavensis, servatur Coloniis, ubi Ecclesiae Metropolitanae Bibliothecae pars est; cuius paginam phototypice expressam ediderunt auctores libri cui titulus *The New Palaeographical Society (fasc. III p. 57);* non solum litterarum formae abbreviationis signa atque interpunctionis, sed etiam initialium ornamenta cum nostro ita congruunt, ut facile credas, eos ab eodem scriba esse exaratos vel potius ab iisdem scribis, nam ibi quoque duae discernuntur manus.

Hunc codicem doctissimi editores octavo saeculo exeunti attribuerunt atque haud procul a Rheno scriptum esse suspicati sunt.

Quod si de nostro quoque valet, originem ducit ex Galliae orientali parte ad septentrionalem versa neque ex ipsa Andecavorum civitate; haud itaque temere coniectum est si credimus codicem nostrum conscriptum esse in usum huius Galliae partis orientalis ex antiquiore qui Andecavorum continebat iuris instrumenta, libro.

IV. De eo. qui codicem exaravit.

Ex ipso codice, qui speret se expiscari posse quaedam de librario, qui in describendo sudavit, quisnam fuerit aut cuias, cito haerebit; prorsus enim nihil proficiet; quae autem ZEUMER [1]) hac de re est opinatus, ego asseverare non ausim.

---

1) Praefatio pag. 1.

„Sed quod nuper in annalibus nostris N. Arch. VI p. 92 suspicatus sum amanuensem iudicis, quem nos „Gerichtsschreiber" dicimus, auctorem fuisse, iam mihi non satis aptum esse apparet, quia noster non solum in iudiciis — iisque non semper eiusdem, ut videtur, fori, nunc comite, nunc episcopo cum comite, plerumque abbate vel agente eius praesidentibus — sed etiam in curia publica Andecavensi amanuensis partis

Sane eum virum fuisse doctum atque eruditum nemo contendet; quis autem octavo saeculo librarios exspectat classici sermonis severitate vel leviter imbutos [1]).

Iudicium de huius aetatis in Gallia doctrina verbis, aeque brevibus atque argutis, pro ingenii acumine, exposuit BONNET: „L'ignorance était générale du temps de Grégoire" (pag. 81) ac paulo post: „Les plus distingués des hommes, qui ne manquent pas de talents et qui passent auprès de leurs contemporains pour de fins lettrés et pour des érudits laissent voir de telles lacunes dans leur savoir ou, pour mieux dire, savent si peu de chose et ignorent des choses si élémentaires que si on les compare avec Grégoire qui ne se donne pas pour savant, on se trouve disposé à juger ce dernier avec beaucoup moins de sévérité"; quibus in paginae calce adiicit: „En parcourant ainsi à grands pas le VIIe siècle et la moitié du VIIIe, on observe un abaissement lent mais constant du niveau de l'orthographe et de la grammaire" (p. 83).

Totum hoc caput octavum, quod inscripsit auctor: „Ignorance générale de l'époque", hoc loco transferre neque licet neque libet; quod si ZEUMER cognovisset, de nonnullis sine dubio aliter iudicasset. Nam quae valent de Gregorio Turonensi,

---

egisse videtur. Coniici fortasse licet nisi eundem, quem prima formula, allegationem apud acta publica factam in conspectu ponens, nominat „illi diaconus et amanuensis Andecavis civitate" eiusmodi tamen officialem primum collectionem nostram instituisse. Non enim crediderim, formulas omnes ab eodem collectas esse."

1) De scholis tum florentibus vide:

GEORG KAUFMANN: *Rhetorenschulen und Klosterschulen oder heidnische und christliche Cultur in Gallien während des 5 und 6 Jahrhunderts* in FR. V. RAUMER's *Historisches Taschenbuch.* Leipzig 1869 p. 1—94. AUGUST ENGELBRECHT: *Untersuchungen über die Sprache des Claudianus Mamertus, in: Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der K. Ak. der Wiss.* Wien 1886 p. 423—537.

episcopo, ampla atque copiosa eruditione instructo, teste PAULO DIAC. *Hist. Long.* 2 13 in arte grammatica rhetorica et vel metrica clarissimo, quanto magis pertinent ad librarios nostros, quorum memoriam abstulit aevum.

Quantum autem ex codicis mendis apparet, quamquam non admodum accuratus, tamen non graviore socordia fuit quam ceteri scribae huius generis.

Verum ille cui debemus folia 166—167 alterum peccando longe superavit, cuius mendis mederi vix cuiquam continget.

Praeter ea vitia quae calami tantum sunt errores, quorum magnam iam partem restituit editor, vel suo ingenio vel Mabillonium secutus, nonnulla proponam quibus correctis sententia magis fiet perspicua.

Quae hoc potissimum loco inserenda duco.

4.8 que optas oboedire illa per mandato suo pagina.

Lege: que optas, edicere non moreris; illa per mandato suo pagi nostri, cf. pag. 54.

5.6	et in omnia	l.	et omnia.
5.23	dotem sua scripta	l.	dotem subscripta.
7.11	tam	l.	cum.
7.31	ab odierno diae ipso vernaculo	l.	ab odierno diae de ipso vernaculo.
7.32	vindende seu conmutandi quomodo et de reliqua.	l.	vindende seu et conmutandi quomodo et de reliqua.
7.35	agere conaverit inter tibi et fisco	l.	agere conaverit inferit inter tibi et fisco.
9.25	per legibus triduum	l.	legibus per triduum.
9.26	nec ulla persona	l.	nec nulla persona.
10.14	menime recipere voluit	l.	menime recipere noluit.
12.25	poteieremus	l.	potueremus.

12.9	obteniat	l.	obtenire.
12.29	licenciam habeant potestatem	l.	licenciam habeant atque potestatem.
13.5	vendedissemus ... accipi	l.	vindedisse ... accipimus.
13.30	fuissent, ut vidissent	l.	fuissent et vidissent.
14.3	quae erunt	l.	quae fuerunt.
15.4	vicinis circa manentis in ipso loco manibus eorum roboratus accessisse. Et ob hoc cognita relacionem ante suprascriptus seniores presentabant	l.	vicinis circa manentis in ipso loco accessisse. Et ob hoc cognita relacionem manibus eorum roboratus ante suprascriptus seniores presentabant.
16.33	et hoc	l.	hoc est.
16.36	et hoc est abendi tenendi seu conmutandi	l.	hoc est abendi tenendi seu et conmutandi.
17.37	ubi aliubi ex nostra sine epistolis	l.	ubi aliubi ex nostris sine epistola.
18.3	ut umquam tempore	l.	ullumquam tempore.
19.16	et bonorum	l.	et bonorum hominum.
22.40	tam in pago tam et in palacio	l.	tam in pago quam et in palacio.
23.34	bona volumtate, nulla ingenium	l.	bona mea volumtate nullo cogente imperio.
25.13	inter tibi et agente sancti illius tantus conponat	l.	inter tibi et agenti sancti illius soledus tantus conponat.

De plerisque nihil est dicendum quia correctiones ipsae se commendant; ut fit ex similitudine litterarum oritur error, quem scribae non nimis licet imputare; modo in errorem ductus, transscribendis versibus quae ab eadem incipiunt voce, falso bis scripsit quae semel erant scribenda v. c. 5.6, modo praecedenti dedit vocabulum quod sequentis erat, v. c. 16.36.

Addo etiam hoc unum:

Legitur 16.11 *Cedo tibi atque transcribo capsade casa cum ipso vilare ubi ipsa casa resedit.* Delendum mihi videtur illud: *capsade* de cuius significatione nihil constat (cf. Du Cange-Henschel s. v.); quod ortum esse credo ex dittographia vocum quae sunt *cum ipso;* litterae *um* indicantur lineola ducta supra *c.*

V. Quid sint Formulae Andecavenses quaeritur.

Formulae quae dicuntur Andecavenses fasciculum continent sexaginta [1]) instrumentorum, quibus ii, qui causas agebant apud iudicem, utebantur. In codice nomen non invenitur; verum ab Andecavensium civitate [2]) cuius saepius fit mentio, nomen iis dedit Mabillon.

Redactae sunt in epistulae formam, itaque plerumque in ipso textu indicantur [3]); omissa autem sunt agentium nomina propria, quibus substitutum est pronomen *illi,* v. c.: *Ego enim illi, homo nomen illi, super terraturio sancti illius in villa illa* (passim).

Desideratur salutationis quoque formula, quae praemitti solebat. Deinde pro numeralibus in multis enumerandis ubique invenitur pronomen quod est *tantus* e. g. *Soledus*

---

1) de Rozière 59 tantum enumerat, Zeumer in duas dividit partes form. 34. In codice numeratae non sunt singulae formulae.

2) Hodie Anjou. De civitate quid sit in Gallia post 5um saeculum v.: A. Longnon: *Géographie de la Gaule au VIe siècle* Paris 1878 p. 7 sqq. Felix Dahn: *Die Könige der Germanen* VII. 1. Leipzig 1894 p. 93.

3) e. g. hanc epistola vindicione 6.5; ut hanc epistola facere deberit 6.26; hanc epistola cessione 21.1; hec epistola firma permaneat 19.27.

tantus, cf. *quod fecit minsus ille dies tantus, campo ferente modius tantus.*

Ex his apparet formulas scriptas fuisse ut exemplo essent litigantibus. Spectant omnes ius privatum, quod utrum tantum inter Andecavorum muros an extra quoque viguerit, alii viderint; neque de iuris quod continent natura, disputare meae est provinciae, cum fuerint iam multi viri illustrissimi inter iuris consultos qui huic rei inquirendae egregiam operam dederint [1]).

Hoc autem monere supervacaneum non est ius ex duobus elementis contaminatum esse. Lex Romana saepius nominatur vel citatur [2]); Francorum autem perspiciuntur hic illic mores; insunt verba quoque quaedam alienae originis.

VI. Quo anno ortae sint Formulae quaeritur.

Formulae sunt sexaginta, quae in tres fasciculos sunt dividendae quorum primus complectitur formulas 1—33, secundus 34—57, tertius autem 58—60.

De hisce tribus ultimis primum videndum est; hae sine dubio praecedentibus sunt posteriores; fortasse vel nihil cum iis commune habent; sermo enim paullo liberior est; Ande-

---

1) H. Brunner: *Zur Rechtsgeschichte der Röm. und Germ. Urkunde* I. Berlin 1880 p. 211 sqq; Idem: *Deutsche Rechtsgeschichte* I. Leipzig 1887 p. 403; Idem: *Die Erbpacht der Formelsammlungen von Angers und Tours,* Zeitschr. für RG. V. 69; R. Schröder: *Zsch. der Savigny Stiftung* IV. Germ. Abth. p. 75, Weimar 1883.

2) Max Conrat: *Geschichte der Quellen und Litteratur des Röm. Rechts im frühesten Mittelalter* I. Leipzig 1891 p. 294 sub 6.

cavorum civitas non commemoratur; codici adiecta sunt a scriba postea tria capita chronologica.

Horum trium capitum ultimum temporis continet indicium: *Incipit compotum annorum ab inicio mundi usque annum 3 Theudorigo regis* e. q. s. cf. Append. I.

Cetera quae de tempore nos certiores faciunt leguntur:

1um. initio 1ae fae. *Annum quarto regnum domni nostri Childeberto reges.*

2um. initio 34ae fae. *Annu 4 renum domni nostri Childeberto reges.*

3um. In formula 36a mentio fit de *bello cum Brittannis seu Wasconibus;* quonam anno bellum gestum sit ab Andecavensibus cum hisce populis, dubitatur. Secundum DE ROZIÈRE ad annum 574—576 pertinet, secundum KRUSCH ad annum 593 (cf. Fredegar. XV). [1])

Difficile autem est statuere, quis fuerit ille *Theodericus*, cuius tertius annus indicatur, quis *Childebertus* cuius quartus; nam plurimi fuerunt utriusque nominis principes.

Hoc statim addam haec ad quaestionem de origine formularum et de earum aetate solvendam nihil utilitatis habere; de his autem rebus brevissime virorum doctorum suspiciones commemorabo, omissis argumentis ne taedium lectoribus moveam.

Ad Mabillonium redeamus oportet, qui mira inconstantia tres diversas opiniones protulit.

Anno 1685 Childebertum primum 511—558 an secundum 592—595 indicatum esse lectori discernendum reliquit; de tertio 695—711 autem dici non potest, quia Theodoricus III

---

1) ZEUMER in: *Neues Archiv,* VI 1881 p. 93.

qui regnavit secundum eum 673—691, in computatione addita nominatur.

Anno 1703 in libro: *Annales Benedictini* p. 419 Childebertum I, anno post (1704) autem Childebertum III 695—711 nominatum esse, quia Childebertum I numquam Andecavorum urbe potitus est; quo necessario Theodericum IV (720—737) dictum esse in computatione perhibet, *Libri de Re dipl.* Suppl. p. 68.

Satis intricata est quaestio; tamen hoc primum est statuendum: Theodericum III esse qui nominatur in computatione; qui regnare coepit, ut ostendit KRUSCH [1]) anno 675 ex., neque anno 673 ut MABILLON, DE ROZIÈRE, ZEUMER.

Inde apparet anno 678 in unum codicem collectas fuisse formulas quae nunc sunt 1—57, de quo codice nihil novimus.

Restat ut de Childeberto videamus.

ZEUMER secutus est DE ROZIÈRE qui de Childeberto I agi contendit; tum indicatur annus 514—515; Childebertus II enim Andecavis numquam imperavit [2]).

KRUSCH autem erravisse ZEUMERUM ostendit [3]) neque Childebertum II, sed I numquam Andecavis imperavisse arguit, secutus iudicium quod protulit LONGNON [4]); id ZEUMERUM eousque latuerat, cum francogallis viris doctis parum dignos censere videatur, quorum ratio habeatur.

Tum indicium referendum est ad annum 596.

Ea autem, quae ZEUMER disputavit [5]) cum KRUSCH atque

---

1) KURSCH: *Zur Chronologie der Merovingischen Köninge,* in: *Forschungen zur Deutschen Geschichte* XXII, Göttingen 1882 p. 451—490.

2) Res gestae Andecavensis civitatis saeculo sexto nobis fere ignotae sunt. cf. ZEUMER N. Archiv. VI. 1891 p. 91.

3) Hist. Zeitschr. N.f. XV p. 512 sqq.

4) LONGNON, Géographie de la Gaule au VIe s. Paris 1878, p. 301 i.c.

5) N. Archiv. XI 1886 p. 315—334.

Longnon, ad hunc locum non pertinent; revera magis arguta quam verisimilia videntur esse. Obstare deinde quaedam argumenta ex linguae natura [1]) derivata, quin de Childeberto I sermonem esse credamus, contendit Zeumer.

Sed de Childeberto III est cogitandum, anno 698 igitur attribuendum temporis indicium atque librario debemus inscriptionem, qua fortasse codicis aetas indicatur.

Haec hucusque.

Omnes qui de hac, quam tractavimus, quaestione suam opinionem vulgaverunt, ab hoc sunt profecti principio, formulas nostras, quia Andecavorum civitatis saepius fiat mentio, non solum ibi ortas esse, sed etiam librarium cui debemus vel codicem nostrum vel exemplar, ex quo descriptum est, huius civitatis incolam fuisse et scribendi officium praestitisse ipsi regi, in codice nominato.

Sed quonam iure inde proficisci nobis licet?

Verisimile est codicem Weingartensem exaratum esse extra Andecavorum fines; codex apographus ac fortasse apographi apographus est. Verba, quae indicium temporis nobis praebent: *Annum quarto regnum domni nostri Childeberto reges* in quo codice primum legerentur, nescimus; manifestum ergo est nos et de loco semper incertos mansuros esse, quia quem scribam respiciat illud: *nostri* non apparet et de tempore, quia de Childeberto non constat quis fuerit.

Haec cum ita sese habent, nos assecuturos non esse firmam opinionem praestat fateri quam disserere de quaestione utrum

---

1) e.g. vox quae legitur *manso* form. 25, atque diminutivum *mansellum* form. 37 nobis cognita non est nisi anno ± 650. Ratio temporis indicandi: *quod fecit minsus ille dies tantus* nonnisi eiusdem fere temporis nobis est tradita. Fallit autem Zeumer; occurrit formula illa inde ab anno 531 cf. Pardessus *Diplomata* Paris 1843. p. 80.

Childebertus I an Childebertus II Andecavis imperaverit; nescimus enim utrum huius quaestionis dissolutio nobis aliquid certi allatura sit, quo de formularum origine iudicium proferamus.

Hoc constat: anno 678 p. Chr. n. formulae 1—57 exstiterunt in unum corpus redactae, sic ut nobis est traditum. Verba quae sunt: *Anno quarto .... regis*, quibus incipiunt formulae 1 et 34 vel post eum annum addita esse possunt. Ad formularum igitur aetatem statuendam iis uti non licet.

VII. De lingua, qua sunt conceptae Formulae.

Quamquam de aetate formularum, quando sint ortae, certum iudicium proferre nobis non contigit, hoc tamen assecuti sumus ut eas anno 678 ita exstitisse, quales aetatem tulerunt, pro certo affirmare possimus. Eius autem, qui sibi proponit de formularum latinitate disputare, non tantum interest utrum huius anni 678, ut ita dicam, sermonem tractet, an qualem sint locuti homines saeculo post, quo codex exaratus est. Intra hoc temporis spatium lingua haud ita multum erit mutata; cf. p. 27 i. c.

Quam disputationem qui orditur, etiamsi non in omnibus rebus se assecuturum esse eum veritatis modum, quem mathematici et poscunt et acquirunt, compertum habeat, tamen de pluribus dubitationem tollere ei continget; ita linguam cognoscere poterit, qualis inde a saeculo septimo exeunte (ac fortasse antea) usque ad saeculum octavum exiens in usu fuerit.

Formularum lingua ad id genus pertinet, quod francogalli appellare solent *Bas Latin*, quo indicant sermonem mixtum ex duobus elementis atque scriptum ab eo, qui vulgarem

linguam adhibet, cui inspergit classicas formas, quas retinuit memoria ex illo tempore, quo in ludo litterario classici latini sermonis docebatur praecepta.

Itaque duo sunt discernenda elementa in formularum textu: classicae formae et vulgares; quibus accedunt etiam vitia, quae librario debemus. Id agitur quomodo menda haec distinguenda sint a formis vulgari sermoni propriis; quod non nimis difficile est.

Vulgaris sermo is est quo inter se uti solebant homines educati in sermonibus cotidianis [1]); ibi negligebant rigida atque severa illa praecepta, ut fit, scriptae linguae, quam adhibebant poetae et auctores prosae orationis. Inde sensim paulatimque crevit lingua quam francogallicam appellamus.

Insunt autem francogallicae linguae formae in nostris formulis quarum qualis fuerit forma in cotidiano sermone septimi vel octavi saeculi tum statuere nobis continget si comparabimus formas cuiuscumque vocis francogallicae posterioris quae inde fluxit.

Ex altera parte cotidianus ille sermo non in formulis primum a nobis cognoscitur; monumenta et documenta huius atque praecedentium saeculorum talibus scatent formis. Comparando denuo cum operibus scriptorum illorum cognoscemus atque discernemus has formas a librarii vitiis.

---

1) Gaston Paris: *Romania* XII, 1883, p. 119: ce n'est pas à dire qu'il soit inutile de rechercher dans l'usage familier (car c'est là ce qu'il faut réellement entendre par latin vulgaire) des traces de diversités locales. cf. Schuchardt: *Vocalismus*. Sittl: *Die lokalen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache,* Erlangen, 1882. Paul Monceau: *Le Latin Vulgaire:* in: *Revue des Deux Mondes* 1891 p. 429—448. Seelmann: *Die Aussprache des Latein*, Heilbronn, 1885. De formularum sermone: W. Meyer in Gröber's *Grundrisz der Rom. Phil.* Bd. I. Strassburg 1888 p. 358 sub 6, 2a ed. 1905 p. 460 sub 6.

Denique accurate sunt conferendae loquendi figurae, quae in nostris occurrunt formulis, cum duabus eiusdem generis documentis quae nobis supersunt alterum ex anno 679-680 p. Chr. n. regnante Theudorigo tertio, alterum ex anno 750 regnante Pippino.

Illas formulas editas a v^o^. cl^o^. LINDSAY in libro inscripto *Handbook of Latin Inscriptions* London 1897 No. 84 et 86 huic libello adieci quibuscum componas nostrarum idioma.[1])

Ex auctoribus nostris formulis proximi sunt GREGORIUS TURONENSIS atque qui vulgo dicitur FREDEGARIUS.

In his comparandis quantum mihi profuerit celeberrimus ille liber, quem de prioris latinitate confecit doctissimus ille MAX BONNET Montepessulanus: *Le Latin de Grégoire de Tours,* Paris 1890, ii in primis perspicient qui huiusce modi studiis iam operam dederunt. Deinde multa debeo libro supra laudato (pag. 5) cui auctor est OSKAR HAAG. Egerunt de inscriptionum latinitate gallicarum JULES PIRSON: *La langue des Inscriptions latines de la Gaule*, Bruxelles 1901; hispanicarum autem A. CARNOY: *Le Latin d'Espagne d'après les inscriptions*, Louvain 1903, quem librum sunt secuta capita in *Le Muséon*, Bruxelles 1905.

In phoneticis rebus semper mihi ad manum fuit praeter librum quem scripsit vernacula lingua professor aestumatissimus v. cl. H. T. KARSTEN: *De Uitspraak van het Latijn,* Am-

1) Comparatio utriusque documenti, quorum alterum eius est temporis, quod indicat computatio annorum, immo uno tantum anno posterius, alterum autem scriptum eodem fere anno quo codex noster, docebit linguam paene mutatam non esse hoc septuaginta annorum spatio; quod mihi est argumento, cum initio capitis contendissem non tantum referre utrum perquisitio latinitatis spectet tempus quod indicatur in computatione an illud, quo scriptus est codex. Utrius documenti sermonis proprietates in nostris quaque formulis invenies.

sterdam, liber, cui titulus: W. M. LINDSAY: *The Latin Language,* Oxford 1894. (designatur *L. L.*).

Laudabuntur deinde saepius WOELFFLINII ephemeridos volumina: *Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik,* Leipzig 1884 sqq. (designatur: *A. L. L.*). FERDINAND SOMMER, *Handbuch der Lateinischen Laut-und Formenlehre,* Heidelberg 1902; W. BRAMBACH: *Die Neugestaltung der Lat. Orthographie,* Leipzig 1868; DRÄGER, *Historische Syntax der lateinischen Sprache,* 2e Auflage, Leipzig 1878; A. MARX: *Hilfsbüchlein für die Aussprache der lateinischen Vokale in positionslangen Silben,* 3e Auflage, Berlin 1901;

SCHWAN-BEHRENS: *Grammatik des Altfranzösischen,* 6e Aufl., Leipzig 1903; K. NYROP: *Grammaire historique de la Langue française,* 2 voll., 2e éd., Copenhague 1904; E. BOURCIEZ: *Précis historique de phonétique française,* 2e éd., Paris 1900; EDUARD KOSCHWITZ: *Commentar zu den ältesten französischen Sprachdenkmälern,* Heilbronn 1886;

Vocabularia citabuntur haec:

DU CANGE-HENSCHEL: *Glossarium mediae et infimae Latinitatis,* Paris 1840;

GEORGES: *Lexikon der Lat. Wortformen,* Leipzig 1890;

KÖRTING: *Lateinisches Romanisches Wörterbuch,* 2e Aufl., Paderborn 1901.

PARS I.

DE REBUS PHONETICIS.

I. DE VOCALIBUS.

1. De monophthongis.

A.

§ 1. I. De a in syllabis tonicis.

Omnium vocalium a cum longa tum brevis, inter quas discrimen prisco iam tempore evanuerat, [1]) diutissime valorem suum integrum retinuit.

In romanicis linguis *a* tonica in syllaba aperta in *e* mutata est; i. g. *patre* > *pedre*, *matre* > *medre*. Apud nostrum nulla huius generis invenitur debilitatio; legitur *pratum* septies (fr. g. *pré*), *blada* 11.32 (fr. g. *blé*); neque apud Gregorium Turonensem neque apud Fredegarium (excepto semel tantum *agnatus* > *agnetus*, vide Haag §§ 2,5) neque in monumentis epigraphicis exempla debilitatae vocalis a inveniuntur.

---

1) Lucilius IX fr. 4 M. vide: Lindsay *L. L.* p. 14, Seelmann p. 74' Bourciez § 2.

Attamen ex eo quod *a* vocalis non scribitur nisi per *a*, nihil nobis licet statuere de pronuntiationis quoque integritate; fieri potest, ut vel apud nostrum *a* non amplius plenum illum sonum servaverit. Nam constat mutationem pronuntiationis vocalis *a* in *e* priorem esse *carmine Sanctae Eulaliae* (in altera IXi saeculi parte) et sine dubio iureiurando quoque illo, quod dicitur *Sermens de Strasbourg* (842), quo tamen scriptum invenimus *fradre* (bis) *fradra* al. v. KOSCHWITZ p. 11.

§ 2. II. DE A IN SYLLABIS ATONIS.

A. Protonice.

1. Protonicum initiale:

abiecenciis 16.34, 20.33.

refreacione 17.4 19.7 (= refragatione v. DU CANGE-HENSCHEL s. v.)

neture 18.13 (= naturae)

Quod attinet ad priora exempla notandum est in utraque voce a, ante consonantem praepalatalem positam, in e mutatam esse; eiusdem rei exemplum affert e Gregorio Turonensi BONNET p. 96: indegare hist. Fr. 9.20 p. 378.26.

A protonicum initiale in fr. g. lingua integrum mansit; e. g. *maritu* > *mari, argento* > *argent* (excepto tantum *a* libero, praecedente *c*, e. g. *caballo* > *cheval.*)

Neture forma aequalibus in usu non erat; lapsus ergo calami est.

2. Protonicum non initiale:

Aerementum 15.26 (cl. aeramentum v. GEORGES s. v. RÖNSCH p. 22).

Contullicionis 14.16 (sic saepius in formulis; cl. contulacio quae forma nonnisi 14.33 legitur).

Terreturium 7.20, 21 (cl: territorium). Attamen sexies in

formulis nostris legitur forma, quae est *terraturium* 6.14, 11.19, 31, 16.33, 17.32, 23.25, *territurium* (de o > *u* vide § 12) contra ne semel quidem. Bonnet p. 119 citat; terreturium (cf. Schuchardt I p. 219) ubi de ĭ > e sermo est. Credere malim formam quae est *terreturium* non e classico territorium de qua voce nescimus an nostro fuerit nota, sed ex *terraturium* ortam esse, quae vox formata sit per etymologiam popularem.

Debilitatio *a* > *e* in *aerementum* et *terreturium* linguis romanis propria est: cf. *ornamentu* > *ornement*, v. Nyrop I. § 257.

Contullicio forma fortasse ita explicanda est, ut credamus suffixum conmutatum esse, de qua re v. G. Cohn. *Suffixwandlung*, Halle 1891 p. 130.

B. Posttonice:

1. Posttonicum nonfinale.

Colebus 6.32 (= colaphos).

Collebus 7.2 (= colaphos). Apud Plautum Terentium Senecam colaphus = κόλαφος; *colebus colbus*, fr. g. *coup*, cf. Gröber *A. L. L.* I 550, VI 382, VII 35; Bourciez § 15, 68, 172, 188.

In vocibus, quae e graeco sermone sunt depromptae, *a* posttonicum nonfinale in *e* mutatum est, modo in classico sermone, e. g. *tessera* (τέσσαρα) v. Schuchardt I. p. 193 sqq. modo in vulgari tantum e. g. *cithera* cf. Lindsay *L. L.* p. 197, *hilera* v. Carnoy p. 12. [1])

Colebus fortasse cum hisce conferendum est, vel potius, quia non sequitur littera *r*, cum voce, quae in inscriptionibus

---

1) App. Probi monet: *cithara* non *citera* 197.26 K. cf. Th. Clausen: *Griechische Elemente in den Rom. Sprachen*, Neue Jbb. VIII 1905 p. 410—424.

legitur: *monicus* cf. PIRSON p. 28, de qua voce tamen dubitatur. [1])

2. Posttonicum finale.

Frequens mutatio est in vocis fine, ubi *a* finale prorsus ut *e*, quod novimus ex fr. g. lingua, ubi appellatur *e muet* v. c. *monde*, pronuntiatum esse videtur; scribitur saltem per *e*.

terre 5.14, 11.22, 18.1, 25.9; *inopie* 10.31; *epistole* 19.11, 23.21; *circumcincte* 5.5; *anime* 20.22.

Revera ex hisce pro certo statuere licet a finale vixdum auditum esse in cotidiano sermone.

De formis, quae morphologiam spectant, suo loco dicetur: de *quam* = *quem* § 88, de *annuante* 7.16, *meduantis* 7.1, 18.8, *metuantis* 17.20, *negociens* 22.30, *sociente* 19.8 § 61.

De *enerrare* 15.8 vide § 66, *depectum* 18.24 § 66.

De *as* > *is* vide § 45, de *potestis* 24.34 = *potestas*, ibid.

De *a* > *o* vide § 13.

§ 3. AE.

Ae monophthongis, non diphthongis est adnumerandum; nihil enim significat nisi simplicem vocalem e, modo longam modo brevem, e.g. *praeda* > *proie* = *crēdo* > *crois, caelum* > *ciel* = *brĕve* > *brief.*

Iam antea in Italiae dialectis non amplius valuit illud signum *ae*. [3]) In

---

1) SCHUCHARDT I. p. 193. Monicus: LE BLANT I. 73 (Lyon) = monachus, nach dessen Meinung; es ist aber eine auch sonst (so Malv. Marm. Fels. 461.4) vorkommender von *Monnus* abgeleideter Name.

2) *Treanto* 21.31 (= cl. *triente*) cf. *treantis* Form. Marc. II 92.24 Secundum BONNET p. 96 i. c. per analogiam cum formis quales sunt quadrans, sextans, duodrans formata est.

3) De *ae* et *e* inter se scripto mutatis vide: A. MAI: *Sex orationum partes ineditae* (2a ed. Mediolani 1817) qui e codice Taurinensi (nunc igne combusto; imagines apud CHATELAIN 29.2) Ciceronis fragmenta edidit. Codicis, qui multis saeculis ante Capellam est scriptus (pag. 5 i. c) orthographiam retinuit editor; occurrunt ibi formae quales sunt: *interpraetamur, medella, tutella, quaerella;* deinde iuxta obtinere: *optinere* (p. 128 i. c. sub 3) al.

Pompeianae aedis pariete inventa est inscriptio [1]) *Tetraites Prudes: .... abiat Venere Bompeiiana iratam que hoc laesaerit.*

Alia inscriptio affert: *habrae* [2]). Talia exempla sunt scripturae inversae.

Ex dialectis pronuntiandi consuetudo irrepsisse quoque videtur in scripturam urbanam; discrimen fere nullum erat per aliquod tempus inter *ae* et *e*, de quibus conmutatis atque confusis monent saepius grammatici saeculorum IV^{i} (*Servius*) et V^{i} (*Pompeius*) cf. Lindsay *L. L.* pp. 42, 43. Postea Alcuinus et Beda fuerunt qui monendo ne mutentur *ae* et *e* posteritati discrimen servaverunt.

Confusio autem in documentis permanebat ita, ut in posterioribus medii aevi codicibus signum *ae* prorsus fere evanuerit; omnia per *e* scribuntur.

Cum autem in Gregorii Turonensis codicibus satis accurate discernatur inter *ae* et *e*, vide Bonnet p. 97, is cui nostrum debemus codicem, iustam scribendi rationem parum curat, ut docebunt exempla.

Sed quia pro scribendi signo tantum valet *ae*, una cum vocali *e* nobis est tractandum.

§ 4. OE.

Oe eodem fato, quo *ae*, usum est; de grammaticis, qui distinxerunt inter *oe* et *e* Alcuino et Beda, vide Lindsay *L. L.* p. 44 cf. Schuchardt II. p. 288.

In linguis romanicis vestigium vocalis *oe* non magis quam *ae* superest. fr. g. *peine* < *pena* ut *pleine* < *plēno*, vide Bourciez § 60, Gröber *A. L. L.* I. p. 208, 220, Sommer p. 89.

§ 5. E.

Inter grammaticos latinos primus Servius accurate distinxit inter e longum atque e breve (in Don. IV 421 K. 19): e quando producitur, vicinum est ad sonum i litterae, quando autem correptum, vicinum est ad sonum diphthongi, ut equus (aequus per ae vult). Post eum Pompeius V 9 102 Terentianum Maurum citat qui ita dixit: quotienscumque e longum volumus proferri vicinum sit ad litteram i; Karsten *Uitspraak* p. 57—60; Lindsay *L. L.* p. 21 sq.

---

1) *C. I. L.* IV 538 vide Lindsay *Lat. Insc.* § 66 p. 111.
2) Schuchardt I, p. 456. Karsten *Uitspraak*, p. 77.

Neque est quod miremur cum ex romanicis linguis appareat, vicinas illas vocales, e longam atque i brevem, in unam coaluisse atque postea peperisse eandem diphthongum, e. g. *trēs* > *trois, pĭra* > *poire, crēdere,* > *croire*, *fĭde* > *foi*, Bourciez, § 54. Progenuerunt enim *e* quod clausum dicitur; notatur signo *é*.

Ex e brevi contra natum est *e*, quod apertum dicitur; notatur signo *è*, de cuius fato vide § 6.

In syllabis tonicis suas habet leges *e* apertum (lat. e breve); in atonis autem eandem secutum est viam quam *e* clausum.

Dicendum ergo nobis est:

I. de *e* in syllabis tonicis. A. de *è* (aperto) nato ex lat. e brevi.
B. de *è* (clauso) nato ex lat. e longo atque i brevi.

II. de *e* in syllabis atonis.

Quo accedit *ae* quod, ut diximus, signum tantum est scribendi atque aeque valet ac modo *e* apertum, modo *e* clausum.

§ 6. I. De e in syllabis tonicis.

A. De *è*. (lat. e breve).

Quo tempore nostrae formulae scribebantur *e* apertum in syllabis apertis nondum erat mutatum; desunt enim exempla mutationis, quam postea vocalis subiit, qua *mel* fr. g. *miel* factum est, *pede* fr. *pied, quaerit* fr. g. *quiert*.

E scriptum est per *ae*:
maea 23.20
quaem 4.25
Ex inverso *ae* scriptum est per *e:*
que passim.
Pronomen demonstrativum *haec* 11^{ies} per *ae*, 23^{ies} contra per *e* scribitur.

B. De *é* (lat. *e* longum, *i* breve).

E longum in vulgari sermone admodum proclive est ad vocalem *i*; cum in documentis tum in monumentis haud raro locum alternant, cuius mutationis exempla permulta collegit atque digessit SCHUCHARDT.

I breve per *e* redditur; apud nostrum perraro hoc fit; multo rarius quam apud auctores aequales vel in inscriptionibus.

Mutata haec scribendi ratio nullam fere declinationem atque coniugationem non permiscuit, de quibus rebus nobis erit dicendum, ubi de morphologia agetur § 44. Licet nunc enumerare tantum exempla.

Exempla ubi e longum per i scribitur: [1])

In syllabis apertis:

adimplire 23.13; *debire* 17.31; *habire* 12.27; 17.30; 18.28; 24.16, 37; *possedire* 7.12; 12.26; 15.14; 18.32; 23.28, 29, 32; *resedire* 13.36; 21.25. *residire* 11.11; *retenire* 4.19; *tenire* 7,12; 15.14; 16.35; 23.28, 29, 32; 25.32.

abitur (= habetur) 12.35; 20.8; *conpliti* 17.12; *conplivero* 18.27; *contenitur* 18.24; *debiret* 10.25; 12.20; *habitur* 17.29; *perhibitur* 14.26; *vidimur* 12.26; *viditur* 15.7; 16.25; 24.5 bis; *cognuscibant* 15.8; *debirimus* 20.15; 23.30.

Sine dubio in errorem duxit nostrum forma utroque loco subsequens *fecimus*; recte sese habet *deberemus* 21.30, 24.27 licet hisce locis eadem vox sequatur.

Post c.

cido 5.4. 8. 10; *concidere* 17.31; 20.28; 24.16; *discidas*

---

1) *Subnixa* 13.13 (juxta *subnexa* 24.22) cf. apud Gregorium Tur., BONNET p. 116 ita est explicandum ut confusa sint inter se verba subnecto. et subnītor.

11.39; *succident* 18.29; *accipi* 6.15; 7.30; 10.33; 13.7; 19.29; 20.1; 25.30; *accipimus* 12.27; *precipimus* 11.9; *accipit* 19.15; 24.3, 6, 8; *acciperit* 23.30; *suscipi* 21.24.

Ante c.

fici 4.10, 15; 19.14; *ficit* 23.7; *micum* 11.32.

In fr. g. lingua *e* tonicum post palatalem *c* factum est *i* e. g. *mercede* > *merci* cf. HAAG § 3. Licet nobis fortasse ex prioribus enumeratis exemplis deducere iam in sermone huius aevi *e* pronuntiatum esse ut *i*.

In *fici*, *ficit* *i* potest explicari per id, quod germanice *Umlaut* dicitur. In *feci* ē vocalis se accommodavit ad sequens longum *i*: cf. *illi* § 7.

Revera *fis* forma propria est ant. fr. g. linguae.

Iuxta *micum* invenitur in inscr. *ticum* (LE BLANT *Inscr. Gall.* 329 Amiens) cum quibus cf. lingua hisp. *commigo*, *contigo*.

Ante *g*.

diligo (= dēlēgo) 25.4.

De priore *i* vide § 7. Cui assimilata altera vocalis *e* in *i* mutata est.

In syllabis clausis:

Ante *n*.

minsus 4.3; 9.32; 23.8; *cinso* 7.13; *vindit* 5.25; 7.28.

Commune est fere omnibus linguis vocalem *e* ante nasalem consonantem magis se inclinasse ad clausum sonum atque fere ut *i* pronuntiatam esse: de vi nasalis litterae vide: NYROP I p. 209 sqq.

In *minsus* *i* scribitur, quod aeque valebat atque *e* longum; *n* non audiebatur, cf. GRÖBER *A. L. L.* I p. 214, neque in *minsus* neque in *ansa* (APP. PROBI p. 198.9); inde fit, ut *minsus* factum sit fr. *mois* g. ut *crēdere* > *croire:* BOURCIEZ § 54.

Cinso iam in antiqua latinitate per *i* scriptum occurrit in *lege Iulia municipali* a. 709 C. I. L. I 206. 144. 150 SEELMANN p. 120; cf. KÖRTING No. 2072.

In *vindit* atque derivatis *e* longum latinum per *i* scribitur; mansit autem in linguis romanicis vocalis *e*, ut in fr. g. *vendre*. cf. GRÖBER *A. L. L.* VI p. 139, KÖRTING No. 10036-36.

In vocabulis nonnullis:

fidiliter 16.29; *ris* 6.4; 10.27; 15.29; *viro* 4.15; 18.21; *virum* 23.31.

Fidiliter explicandum esse videtur per assimilationem praecedente et sequente *i* vocali.

De vocabulo quod est *ris* vide § 47.

De *viro, virum* nihil pro certo affirmare ausim.

In suffixo *ēla:*

querilla 17.3 (= querella = querela).

De suffixi mutatione vide G. COHN *Suffixwandlung* p. 216.

In vocabulis graecae originis:

monastirio 20.26; *monastyrio* 20.39; iuxta *monasterio* 20.37, gr. μοναστήριον; *misterio* 2.24 gr. μυστήριον; vide Append. I.

Graeca vocalis η, quae sonum accepit [1]) vocalis *i*, in transscribendo per *i* reddebatur. cf. SCHUCHARDT I p. 234.

Pertinet ad ea:

paritis 15.32 (= paretis =) parietes (de *is* > *es* vide § 47) nam in hac quoque voce e longum scribitur per i. Inter discrimina, quae vulgaris sermonis sunt propria, enumerat GRÖBER *A. L. L.* I p. 223 (cf. p. 221) accentus mutationem in iis vocibus, quae terminant in *i-olus* vel in *i-etem*. Apparet e communi linguarum romanarum consensu dixisse Ro-

---

1) Post Vum saeculum cf. LINDSAY *L. L.* p. 28.

manum vulgus *parétem*; ortae sunt enim ex hac forma: hisp. *paréd*, port. *paréde*, cat. prov. *parét* frz. *paroi* (cf. *crēdere* > *croire*) rum. *parĕte*, ital. *parete* = parietem, cf. Körting No. 6868.

Formae quae leguntur:

invenirent 14.18 (= invenierunt, de *unt* > *ent* vide § 40).

invenirunt 15.32.

fortasse morphologice sunt explicandae; cf. § 56.

Ae scribitur pro *e* longo:
aei 4.12 bis; 14.10; 24.21.
Oe scribitur per *ẹ*:
pena 22.3 (cl. poena) fr. g. *peine*.
Ae scribitur per *e*:
ceca 15.21; *herea* 14.32; *seculo* 16.25; 24.37 (*seuli* = seculi 18.9).

Exempla ubi i breve per e scribitur.

menus 6.14; *meneme* 10.19; *menime* 10.13, 26; 23.13; *vero* 22.6.

elegere 18.20; *elegeret* 20.37; *obteniat* 5.19; 12.9; 16.8; 19.9, 10; 20.18; 24.21; *possedias* 16.13; 18.19; *possediat* 16.5; *recepere* 5.8; *recedere* 4.4; *resediat* 19.17; *reteniat* 15.18.

De his verbis compositis postea disputabitur.

perdedit 8.37; 14.14; *rededi* 8.20; *vindedi* 6.13; 7.30; 11.18.

De his verbis compositis disputabitur accuratius § 59 ubi apparebit, cur hoc loco inserenda sint.

§ 7. II. De e in syllabis atonis.

De *é* (lat. ae, e longum, e breve, i breve).

Multo frequentius quam in tonicis, in atonis *ae* modo pro *ē* modo pro *ĕ* scriptum invenimus, atque ex inverso; immo nonnumquam alternat cum *i*.

De quibus haec:

LAT. AE > E:

A. Protonice:

1. Protonicum initiale:

cecata 14.30; *equalis* 17.1; *eterna* 11.38; *eternam* 20.24; *eterne* 21.3; *edificiis* 18.17, 30; *edificavimus* 20.27; *hedificate* 20.37; *hedificiis* 16.33; *sepedicto* 15.30; 22.9, 14, 18; *quoequalis* 15.17; (= co + equalis.)

Praepositio quae est *prae* apud nostrum non legitur.

Praefixum autem fere semper (52ies) per *e pre* scribitur, exceptis tantum hisce locis: *praehebeas* 12.3; *praesencia* 8.21, 32; 12.26; 13.30; *praejudicium* 18.1; *praesumpserit* 16.15, 22 (8ies).

B. Posttonice:

Posttonicum finale:

cartole 18.25; 19.6, 9; *eterne* 21.3; *chatolice* 21.3; *hedificate* 20.39; *nature* 18.10, 13; *nostre* 13.6; *vite* 22.16.

LAT. AE > I:

A. Protonice:

Protonicum initiale:

pristat 22.17; *pristetum* 17.9; 25.31.

B. Posttonice:

Posttonicum finale:

mei 18.14 (= *meae;* quod si contuleris cum praecedente *meae* haud facile negabis aberrationem phoneticam inesse; cf. autem quia et morphologice potest explicari § 45)

sancti basileci 12.3; *sacrosancti* 20.38; *rei publici* 14.29; *vidi* (= *vitae*) 10.30.

Apparet et ex aliis exemplis finalem syllabam nullius distinctae pronuntiationis fuisse, cf. *male* (= *mali*) et talia de quibus § 10.

LAT. Ē > AE:

A. Protonice:

Protonicum initiale:

aeccontra 4.13, 23.8; *aemitto* 16.4 cf. *aecclesia* Form. Arv. 30.9, 20.

B. Posttonice:

Posttonicum finale:

diae (= *die abl.*) 5.32; 6.16; 7.31; 10.35; 11.6, 21; 16.13, 20; 24.35.
(= *diem acc.*) 5.7; 12.28; 13.1; 19.16, 20; 24.30; 25.5.

LAT. Ĕ > AE:

Posttonice:

Posttonicum non finale:

prosequaere 15.35.

Posttonicum finale:

— *quae* (= — *que*): *absquae* 25.8; *adquae* 22.30; 25.4; *atquae* 14.29; *ibiquae* 4.4; *nequae* 20.1; *quantumcumquae* 7.14, 12.25; 16.35; *quicumquae* 14.24; *quoquae* 11.39; *unicuiquae* 16.25.

— *vae* (— *ve*): *aquarumvae* 5.6; 25.2.

LAT. Ă > AE (Ā = E > AE cf. § 2).

aeternae 11.8; *pro anime suae* 20.22; *meae* 18.30.

Exempla ubi e breve per i scribitur:

A. Protonice:

1. Protonicum initiale:

a. ante consonantem:

timptator 25.27.

b. in hiatu:

procriati 18.16, 30.

2. Protonicum non initiale:

ante consonantem:

Andicavis 4.4 12.27; 21.23.

B. Posttonice:

1. Posttonicum non finale:

a. ante consonantem:

conscribire 18.12; *repetire* 5.17; 24.31; *fuirit* 23.33; *voluirit* 12.31

de quibus disputabitur § 56

b. in hiatu:

consentanius 22.15,25; *edonio* 22.26; 8.38; 10.5; *extrania* 18.2; *propteria* 23.13; *redebio* 8.20,37; 10.5; 22.26; *spondio* 7.13; *strania* 15.7; *tenio* 4.18; *vidior* 18.28,32.

In *redebio, spondio, tenio, vidior* potest inesse morphologica quaedam causa; vide § 56.

E autem in hiatu per *i* pronuntiatum atque scriptum a vulgari sermone [1]) haud alienum fuisse videtur. App. Probi longam vitiorum huius generis seriem enumerat p. 198 K. 3; quae ita sunt explicanda, ut proclive sit sonum *e* ante sequentem vocalem ad claudendum ita ut fiat *i*.

Pertinet huc longa formarum series quam exscribere mihi liceat, quae sunt verborum secundae coniugationis praesentia coniunctivi (vel futura cf. § 58).

abias 16.13, 20; *abiat* 16.5; *debiam* 4.7; 5.28, 30; 10.32; 11.34; 25.33; *debias* 5.8, 13, 21; 17.12, 23; 20.2; 23.29; *debiat* passim; *debiammus* 17.11; *debiamus* 23.28; 24.19; *debiant* 23.33; 25.21; *habias* 6.7; 17.38; 24.18; *habiat* 20.23, 37; 24.17, 28, 29; *obteniat* 5.19; 12.8; 16.8; 19.9, 10; 20.18; 24.21; *permaniad* 10.21 bis; 10.28 bis; *permaniat* 11.5, 16; 18.5; 19.27; 24.22; *possedias* 16.13, 20; 18.19; *possediat* 16.5; *residias* 17.24; 20.3; *resediat* 13.23; 19.17; *reteniat* 15.18; *stodiat* 8.30; 12.21; 14.11; *studiat* 8.13; 13.35; *teniat* 16.5; 20.19; *valiat* 18.4; 23.36.

Apparet sonum vocalis reddi per litteram *i* eo loco ubi fere non audiebatur.

Quod maxime valet de ĕ in syllaba

2. posttonica finali:

Admodum frequenter occurrit *et* > *it* in verbi terminatione:

debit 4.12, 26; *contenit* 5.18; 6.20; *edocit* 23.17; *-libit* 4.27; 6.8; 17.24; *licit* 19.4; *oportit* 14.25; *possedit* 24.35; *resedit* 16.12; *residit* 6.14; *proibit* 24.34;

darit 22.10; *deberit* 4.9; 6.26; 7.2; 8.12, 29 bis; 9.24, 27; 12.20; 13.22, 34; 21.14; 23.14; *debirit* 12.20; *dicerit* 9.5; 21.10; *essit* 15.32, 33; 23.2; *redeberit* 8.4.

abuissit 8.25; 10.3; 13.28; 19.15; *conmandassit* 13.33; *consentissit* 22.14; *consignasit* 23.11; *debuissit* 9.8, 17; *dedessi(t)* 21.12; *dedissit* 14.4; *deportassit* 17.19; *excorticassit* 12.15; *fecissit* 6.25; *fossadassit* 13.18; *fuissit* 22.15; *furassit* 10.2; *habuissit* 8.35; 12.14, 17; *interfecissit* 22.9; *menassit* 12.17; *occessissit* 22.14; *pervasissit* 21.11; *resedissit* 14.29.

1) Legitur jam in inscr. C. I. L. 54, 197 annis 133—118. a. Chr. n. cf. Gröber *A. L. L.* I. 221 sub. 5.

Eodem redeunt exempla, in quibus *e* ultima vocis littera per *i* scribitur; (de vi enim litterae *t* vide § 33).

Cognusci 21.22, 22.35.

De declinationum exemplis postea dicetur § 47.

Exempla ubi e longum per i scribitur:

A. Protonice.

1. Protonicum initiale:

filicissimo 5.7; 17.37; 23.19. *filicitatis* 23.17; *dibitumve* 18.13; *dileco* 5.8; *diligo* 25.4; *accipisse* 17.8; *interficisse* 22.24; *frigissent* 14.31.

In *dibitumve, dileco, diligo* confusa sunt fortasse inter se praefixa *de* et *di(s)*.

In ultimis vis est sequentis palatalis, de qua vide § 6.

Sitne assimilatio quaedam cum sequente tonico *i* in *filicissimo, filicitatis* pro certo dicere non ausim; inveniuntur eadem exempla fere apud Bonnet p. 106 sqq. in inscr. (vide Pirson p. 30); concludendum est iam tunc temporis ē inclinavisse ad clausum sonum, quem per *i* signabant, ut postea factum est in romanis linguis.

Ante n.

vindedi 6.13; 7.30; 11.18; *vindende* 7.32; *vindicio, vindicione, vindicionis,* passim; *vindedisse* 6.13; 11.18; 12.24; *vindedissemus* 13.6; *vindedimus* 12.24; *venditum* 15.2;

cf. de iis quae dixi ad ē tonicum > i § 6.

2. Protonicum non initiale:

debirimus 23.30.

Ante n.

utinsilia 15.26.

B. Posttonice:

1. Posttonicum finale:

necessi 19.5; *perfedi* 15.22; *pessimi* 15.22; *recti* 15.12.

illi, ipsi, quae formae in nom. sing. sexcenties leguntur.

Non sub *e* brevi inserenda esse duxi, quia ex formis romanicis perlucide apparet, ultimam vocalem vim habuisse longi *e* (vel *i*). in fr. g. lingua *illi* peperit *il*, quod fieri non poterat nisi ultima vocalis esset longa; quo accedit quod eodem modo tractatae sunt hae voces quo pronomen *qui* (cum *i* longo). Nyrop I p. 153, Bourciez § 55 III.

In terminationibus verborum:

abis (= *habes*) 5.21; *fuissis* 11.9; 12.1; *habis* 11.40; *revocis* 11.33.

De *es* > *is* in declinatione vide suo loco § 47.

Exempla ubi i breve per e scribitur.

A. Protonice:

1. Protonicum initiale:

edonio 8.38; 10.5; 22.26.

adlegare 4.15; *consperante* 18.11; *contenitur* 18.24; *elegemus* 18.11; *elegeret* 20.37; *inplecare* 5.28; *oblegare* 5.30; *oblegatum* 16.37; 19.9; *oblecacionis* 14.34; *oblecatus* 23.3; *pertenentis* 20.34; 24.7; *possedias* 18.19; *possedeat* 24.8; *possedere* 18.23; *possedendum* 16.36; 18.19; *possedire* 7.12; 12.26; 15.14; 18.32; 23.28, 29, 32; *rededisti* 10.27; *redeturus* 25.36; *resedire* 21.25; 13.36; *relegendum* 4.20; *retenire* 4.19;

2. Protonicum non initiale:

vindecare 5.36; 6.11; 7.5 ; *evindecare* 25.14.

basilecarum 12.6; *caretate* 22.38; 25.32; *civetate* passim; *firmetate* 19.6; *ingenuetate* 11.13; 12.5; *integretatem* 23.30; *cognomenante* 7.10; *domenavit* 15.20; *genetore* 9.5; *marterario* 21.29; *nomenata* 23.27, 29; *nomenati* 9.6; *nomenatur* 8.20;

B. Posttonice:

1. Posttonicum non finale:

apostolecus 14.27; *basileca* passim; *domenus* passim; *femena* passim; *karetas* 5.23; *inprimetus* 25.12; *legitema* 7.11; *mobele* 14.15; *perfedi* 15.22; *simmelus* 22.13; *securetas* 19.12, 28; *soledus* passim; *tonecas* 5.9.

domebus 16.33; *hominebus* 19.24; *inmovilebus* 20.33; *legebus* 4.17; 9.7, 15; *manebus* 4.18; 15.16; *mobilebus* 18.18; *movilebus* 20.33; *sceleratorebus* 14.24.

cognetum 10.23; *incognetum* 6.24; 17.29; *placetum* 9.2, 8, 14; *pristetum* 11.28; 17.9; 25.31; *reddebetum* 4.13.

aspecit 13.18; *contenit* 5.18; 6.20; 20.22; *contegit* 15.25; *suppleco* 22.30, 38; *absolvemus* 11.38; *conpleveremus* 18.10, 13; *discesseremus* 18.9; *elegemus* 18.11; *fecemus* 24.16, 19; *poteieremus* 1) 12.25; *potuemus* 21.28; *potemmus* (= *potimus*) 24.26.

dulcissema 16.3, 27; 18.7, 12; 17.28; *dulcissema* 24.24; *dulcissemus* 18.26; *meneme* 10.19; *pluremus* 14.15.

cotecis 4.8; *judecis* 14.17; *homene* 19.22; *homenem* 21.6; *homenis* 22.21, 23; *nomene* 18.8.

Omnium vocalium ea debilissima est quae posttonica non finalis dicitur. In fr. g. ea omnium prima est elisa, *frigidus, calidus, *frigdus, *caldus, froid, chaud;* iam in exemplis quae enumeravi, cuiusque generis, *i* in *e* transiit tempore formularum nostrarum.

2. Posttonicum finale:

In verborum terminationibus it > *et*:

consurget 15.21; *fueret* 24.30; *volueret* 24.27;

int > *ent*:

fuerent 18.16.

§ 8. I.

De *i* brevi iam diximus; prorsus idem valebat atque *e*. I longum contra vim suam per omne tempus retinuit. Distinguendum autem est inter *i* longum in vocis radice atque in terminationibus declinationum atque coniugationum. Non eiusdem enim quantitatis est utraque vocalis.

1) Sine dubio emendandum est: *potuerimus* collatis inter se hoc loco quod habemus aut locare *poteieremus* et iis quae leguntur 11.40: quod habis aut laborare *potueris* cf. pag. 4, 18.

§ 9. I. De i in syllabis tonicis.

I longum integrum superest: *nidu* > fr. g. *nid, filu* > fr. g. *fil, die* [1]) > *di* in *lundi, mardi* etc.

Apud nostrum exempla non leguntur mutationis.

Se (= *si*) frequentissime occurrit; quae vox identidem invenitur in ant. fr. g. lingua; forma fortasse sermoni cotidiano propria erat atque mutatio vocalis ita est explicanda ut quasi protonice adhiberetur vox. I protonicum saepius *e* factum e. g. *primarius* > *premier;* cf. Schwan-Behrens § 81 Anm.

§ 10. II. De i in syllabis atonis.

A. Protonice:

Protonicum initiale:

Confunduntur praefixa *di*(*s*) cum *de* multo frequentius quam *de* cum *di*(*s*) vide superius § 7;

delectissimo 11.7,37; *demitto* 11.30; *deversa* 16.29; *devidere* 17.1; 24.2; *devinitatis* 11.7; *devolgata* 15.10;

B. Posttonice:

Posttonicum finale:

I longum non occurrit nisi in terminationibus ubi saepissime per *e* scribitur.

Cuius mutationis antiquissimae inscriptiones exempla nobis praebent: Lindsay *L. L.* p. 387 § 28 qui *e* in *ploirime* aeque pronuntiatum esse contendit atque *ei*, post *i* (= *plurimi* C. I. L. I 32 *honc oino ploirime consentiont*).

---

1) Gröber *A. L. L.* II p. 101. *dīes*, nicht *dĭes*. Die metrische Regel über die Quantität des Vokals vor Vokal hat in der Volkssprache keine Geltung bei Paroxytonis mit etymologisch langem i und u; denn sie bewahrten ī und ū.

In aliis inscr. alternant *e* cum *ei* et *i* in dativo sing: *Iunone Sospitei Matri.*

Schuchardt II p. 87 proponit *i* longum correptum esse atque deinde factum *e*.

Leguntur apud nostrum haec:

Male 14.30 (= mali); *anime* 11.8.37; *domne* 8.10,33; 9.32; 10.16; *faciunde* 20.37; *abendi, tenende, donande, vindende, seu conmutandi* 7.32.

In dat. sing.:

abbate 13.5; 14.7; *agente* 8.26; 11.25; *damnacione* 21.3; *jocale* 18.7; *magnitudine* 5.22; *nomene* 18.8; *venerabile* 6.13; 13.5.

In abl. sing.:

inmobile 17.32; *mobile* 17.32; *omne* 17.33; 18.14, 18, 27; *peculiare* 11.40; 12.25; *principale* 14.27; 15.13; *tale* 19.4; *vilare* 17.33.

praecedente i:

edificies 18.30; *mancipies* 18.17; *vinies* 18.17.

praecedente consonante:

ventures 25.32; *conscripse* 5.24; *pociares* 18.20; *fueres* 18.26; *noveres* 11.37.

De *ī* inf. passivi > *e* potius disputabitur in syntaxeos parte; vide § 63.

§ 11. O.

Grammatici Romani distinxerunt inter *o* longum (Rōma) et *o* breve (rŏsa); vide Lindsay *L. L.* p. 32 § 21.

Eadem ratio autem quae exstat inter *e* breve et *e* longum, obtinet inter *o* breve et *o* longum atque eodem modo quo *i* breve coaluit cum *e* longo, cum *o* longo coaluit *u* breve (pr. = fr. g. ou).

Hoc et per analogiam vocalis e invenitur et ex romanicis linguis perlucide apparet.

O breve in syllabis apertis peperit *eu, ue* in syllabis clausis peperit *o*, quod apertum dicitur; notatur signo *ò*. o longum et u breve pepererunt quod dicitur o clausum; notatur signo *ó*; haec vocalis in fr. g. lingua in syllabis apertis fit *eu, oeu*; *flōre* > *fleur; dŭo* > *deux;* in syllabis clausis fit *ou: cōrte* > *cour*, *gutta* > *goutte;* ita in syllabis tonicis.

In atonis non invenitur, nisi *o* clausum:

mŏvere > *mouvoir*, *nōdare* > *nouer*, *cŭbare* > *couver*, *pŏrcellus* > *pourceau*, *tōrnare* > *tourner*, *dub'tare* > *douter.*

Dicendum nobis erit:

I. de *o* in syllabis tonicis A. de ò (aperto) nato ex lat. o brevi.
B. de ó (clauso) nato ex lat. o longo atque u brevi.

II. de *o* in syllabis atonis.

§ 12. De o in syllabis tonicis.

A. De ò (Lat. ọ. breve).

O apertum suam vim retinuit integram; numquam per *u* scribitur in formulis nostris; nondum in diphthongum dissolvitur in quam postea transiit; *nŏvu* > *nuovo* ant. fr. g. *nuova* it. *neuf* in fr. g. hod. Bourciez § 66.

Bis per *e* scriptum invenimus *o* apertum: *rego* (= rogo) 4.17, *merte* (= morte) 6.4 quae formae phonetice explicari non possunt; lapsus sunt calami.

B. De ó (Lat. o longum et u breve).

Exempla ubi o longum per u scribitur:

curte 5.5 (= cohorte > cōrte, vide § 41) cf. Gröber *A. L. L.* I p. 553. *prulis* 18.15,30; *respunso* 12.15; 13.19; 21.11; 22.10; *mus* 7.16; *nun* 8.13; *nus* passim.

In comp. verbi *noscere: cognuscas, cognuscat,* passim; *cognusci* 21.22, 22.35.

In terminationibus *-orium*, *-otium (-ocium)*:

terraturium (-o) 6.14; 11.19.31; 16.33; 17.32; 23.25; *terre*ˀ*turium* 7.20,21; *negucio* 14.27; *vacuaturium* 10. passim. cf. *redemtuıia* Form. Arv. 31.1.

Exempla ubi u breve per o scribitur:

stodeat 8.30; 12.21; 14.11; 22.17; *volomtas* 5.20.37; 7.37; 11.5.26; 12.9; 16.37; 18.4; 19.20; *volontas* 17.5; *nonquam* 8.11; *tonecas* (= tunica) 5.9. cf. *tonica* Reichenauer glossen ed. FOERSTER-KOSCHWITZ p. 338.

Phonetice sunt explicanda haec exempla, in quibus ex Rom. linguis apparet *o* restitisse:

Easdem fere voces HAAG apud Fredegarium invenit § 15. cf. SEELMANN p. 213, 214.

§ 13. II. DE O IN SYLLABIS ATONIS.

De ó clauso (Lat. *u* breve, *o* longum, *o* breve).

Multo frequentius occurrit *o* pro *u* quam *u* pro *o*; attendendum est praesertim ad *-ul-* > *-ol-* in deminutivis in quibus sermo vulgaris servavisse videtur antiquae linguae formas.

Exempla ubi u breve per o scribitur:

A. Protonice:

1. Protonicum initiale:

devulgata 15.10; *iobeatis* 4.6, 18; *iocalis* (*lus*, *le*) 4.10, 14, 23; 18.7, 26; 24.24, 27; *orbana* 15.21; *repotabat* 8.34; *repotaverunt* (-it) 19.21; 22.23.

2. Protonicum non initiale:

concapolatas 15.32; *conmodolare* 25.26; *copolati* 25.19; *venondammus* 13.9; *volomtate* 16.22; 18.11, 25; 23.24; 25.34.

B. Posttonice:

1. Posttonicum non finale:

annolus 5.10; 23.27; *carthole* 15.15; *cartole* 16.4; 25.14; *infantolo* 21. 27. 29; *latruncolus* 14.24; 15.23; *matricola* 21. 24. 25; *paginola* 17.2; *paupertaticola* 17.31; *pericolum* 6.4; *presole* 5.33; 6.7; 11.1; *epistola* sic semper.

Sanguinolento 21.24 ex his unica est vox, quae et in classico sermone semper per o scribi solet cf. LINDSAY *L. L.* p. 192 (ut somnolentus, vinolentus). Ceterae omnes in classico sermone scribuntur per *u* in archaico autem per *o*. In inscriptionibus nonnumquam prorsus evanuit *u*.

2. Posttonicum finale:

Praesertim in nom. sing. secundae declinationis et in adverbii comparativo:

congruos 22.40; *Deos* 11.33; *ingenuos* 11.40; 12.1; *judicios suos* 22.21; *germanus suos* 10.11; 24.6; *superios* 18.24.

De his autem postea dicetur, § 46.

Exempla ubi o longum per u scribitur.

A. Protonice:

Protonicum initiale:

in comp. verbi *noscere; cognuscibant* 15.8 vide, § 12.

B. Posttonice:

Posttonicum finale:

annu 16.2; *dicitu* 5.21.

In acc. plur. sec. decl.

annolus 5.10; *caballus* 5.11; *campellus* 7.18; *campus* 7.20, 22; 11.20; *udicius* 14.17, 34; *modius tantus* passim; *soledus tantus* passim; *suprascriptus* 15.5; *germanus* 24.1; *roboratus* 15.4; *relicus* 19.3; *alicus* 21.9; *alius* 8.8.

De his quoque postea dicetur, § 46.

Exempla ubi o breve per u scribitur.

Protonice:

Protonicum initiale:

cumcordia 12.37; 20.10 (concordia cf. concordabant); *intullerabilias* (= intolerabilias) 15.22*; *spunsavi* (= sponsavi) 5.4; *turmentas* 6.3 (fr. g. tourment); *ubieccione* 19.7 (corr. c. obieccione) sed conferenda est talis scribendi ratio apud Fredegarium v. HAAG § 30 *ubsidione.*

Cumcordia per analogiam praefixi *cum* est explicandum.

Spunsavi et *turmentas* postea vocalem *ou* in fr. g. lingua produnt; *intullerabilias* forma sermoni vulgari propria erat; Iam APP. PROBI p. 199.8 K. monet: *tolerabilis* non *tulerabilis* cf. SCHUCHARDT II p. 155 BRAMBACH p. 83.

De ceteris mutationibus vocalis *o*:

o > *e*:

1. Protonicum non initiale:

autericio 21.13 cf. *honerati* Form. Arv. 28.22.

cf. APP. PROBI. l. 1.

2. Posttonicum finale:

argente (= - *o*) 9.23, vi praecedentis vocis *agente.*

Contra: *valento* 5.9 = valente sed de iis vide § 47.

a > *o*:

epistolo (= - *a*) scribae est lapsus.

§ 14 U.

De *U* brevi iam diximus. Restat ut de *u* longo dicamus. Ut *i* longum, sic *u* longum quoque servatum est; postea mutata autem est pronuntiandi ratio atque sonum obtinuit quem habet in fr. g. lingua *u* in *vertu.*

§ 15. I. DE U IN SYLLABIS TONICIS.

In syllabis tonicis *u* superest. e. g. *virtute>vertu, muru>mur.*

§ 16. II. De u in syllabis atonis.

In syllabis atonis perraro *u* per *o* scribitur.

A. Protonice:

Protonicum initiale:

costodivit 23.12; *nonciare* 9.17,27; *denonciaverunt* 15.11; *denonciacionem* 14.26; 15.10; *denonciatum* 21.13; *noncupante* 13.6,18; 14.31; 20.29; 21.10.

Noncupante per analogiam cum adv. non est explicandum cf. *cumcordia.*

Costodivit u longum per *o* scriptum affert quia fortasse ante *st u* longum breve factum sit.

Nonciare archaica est forma cf. Schuchardt II. p. 174. Est autem notandum quod Gröber *A. L. L.* VI p. 395 brevem esse vocalem contendat (contra Marx s.v.) cui opinioni argumento affert formas fr. g. linguae vet. *an-noncier,* hod. *a-noncer.*

B. Posttonice:

posttonicum finale;

mano 10.26; 13.21; 17.25; 19.18; 22.12,21; 23.3; *victo* 25.6; *vestito* 25.6.

Quae formae postea § 48 morphologice sunt explicandae.

§ 17. **2. De diphthongis.**

Cum iam supra §§ 2, 3, disseruerimus de *ae* et de *oe*, quae aeque valent atque *e*, restat ut dicamus de *au*, de *eu* et de *oe* quae revera duplex est vocalis (vide Sommer p. 88 sq.).

§ 18. AU.

Distinguendae sunt tres mutationes, quas subiit vocalis

duplex *au* in nostris formulis: *au* > *a*, *au* > *o*, *au* > *u*. quamquam saepe scripto quoque servetur: *aurum*, *auditores*.

§ 19. I. De au > a in syllabis tonicis.

ari 21.3 (= *auri*, quam forman injuria in textum recepit editor).

at 8.17. [1])

Ne quis dubitet de forma *at*. Comparetur inter exempla quae citat Schuchardt II p. 317 *ad* = *aut* cod. Vind. Liv. 42. 17. 6.

Conferenda sunt deinde quod attinet ad *ari* exempla quae collegit Seelmann p. 223 *Glaucus* > *Glacus* cf. Schuchardt II p. 306 sqq. Lindsay *L. L.* p. 41.

§ 20. II. De au > a in syllabis atonis.

Notum est in atonis praesertim in protonica initiali *au* in *a* debilitatum esse: *Augustu* > *Agustu* > fr. g. *Août*. Sic semper, uno tantum loco excepto, scriptum invenitur apud Fredegarium; vide Haag § 32 cf. Schuchardt l. c. qui rem ita explicat, ut distractione facta, alterum duplicis vocalis elementum alterum vicerit. Credunt vulgo grammatici debilitationem illam factam esse in iis tantum vocibus, ubi sequens syllaba habeat vocalem *u*. cf. Sommer p. 124. Ex nostro afferendum est exemplum, ubi *a* sequitur: *nafragiis* (= naufragiis) 15.25.

In classico sermone in compositis verbis *au* mutatur in *u*; noster scribit *excausare* 22.33, *adcausare* 21.20, de quibus dicetur ubi de compositis sermo erit § 66.

Quo denuo arguitur *au* sonum, quale a nobis pronuntiatur, a vulgari sermone alienum fuisse.

---

1) Scriptio inversa ést: *aut* = ut 6.6; 9.16; 12.30; 18.32; 19.6.

§ 21. I. De au > o in syllabis tonicis.

Iam Plauti tempore alternant *au* et *o;* e. g. *Claudius, Clodius:* postea Suetonius *Vesp.* 8.22 nobis auctor est: Mestrium Florum consularem, admonitus ab eo plaustra potius quam plostra dicenda, postero die Flaurum salutavit (Vespasianus) vide Lindsay *L. L.* p. 40 sq. Karsten *Uitspraak* p. 79, sq.

In romanicis linguis *au* tonicum *o* factum est: *auru* > *or, claudere* > *clore* v. Bourciez § 83 sq.

Alia autem est romanica, alia latina mutatio: de quibus v. Seelmann p. 223, Bonnet p. 143.

Quamquam desunt argumenta, ex inverso potest indicari nostro haud ignotam fuisse mutationem illam. Ter enim pro cl. o scribit *au*:

Austes 15.21 = hostis; *caus* 9.18 = quos (de c = qu v § 34); *rauba* 13.30 = roba v. Du Cange-Henschel *s.* v. Diez Et. W. I. *s. v.*

§ 22. II. De au > o in syllabis atonis.

In protonica initiali:

austiliter 16.31 = hostiliter; *saulsaditus* 9.18 = solsaditus.

§ 23. EU.

In primis occurrit vocalis illa in vocibus graecae originis. Apud Sidonium ex versuum scansione statuitur *eu*, in duas vocales distractum, esse legendum. Quo facile factum est ut nonnumquam per *eo* scribatur:

in tonicis syllabis:

seo = *seu* 4.24.

In atonis syllabis:

eologias [1]) 6.3 (= eulogia) cf. Bonnet p. 144 i. c. sub 8.

In nominibus propriis, compositis cum *Theo*, qualia: *Theodericus, Theodebaldus*, modo *eu*, modo *eo* scriptum invenimus. In epilogo formularum nostrarum 2.22, *Theudorigo* nominatur qui 2.26, *Theodorigo* et 2.28 denuo *Theudorico* audit; cf. Appendix I.

§ 24. OE.

Ex linguis romanicis apparet *oe* tum quod cum *u* cohaeret *(poena, punire)* tum quod ex o—i vel o—e ortum est, in vulgari sermone eandem habuisse pronuntiationem.

Obedire quod legitur in editione Zeumeri falsam esse lectionem iam ex comparatione cum *pena* 22.3 suspicandum est. In codice autem invenimus obodire, *prosequere que optas obodire illa per mandato suo pagina mihi iniunxcit;* (vide phot. tab.); locus sane corruptus est neque Zeumer admodum felix fuit in coniiciendo ea quae textui reddidit.

Quomodo corrigendus sit locus haud pro certo affirmare ausim; tamen conabor aliqua in medium proferre unde fortasse aliquid derivari possit quod ad locum sanandum pertineat.

Legitur in Formulis Marculfi II 37 (pag. 97.20 ed. Zeumer) ubi de eadem re agitur atque nostro loco:

Patent tibi codices publici, prosequere que optas, edicere non moreris. Ita enim respondet defensor prosecutori petenti: *Ut* (sibi) *codices publicus patere iubeatis, quia habeo aliquid que gestis prosequere debeam.*

---

1) Operae pretium mihi videtur esse animum advertere ad formam quae legitur in optimis illis codicibus *Anthimi* G A, quo addi potest B, *fleumaticis*, vel *fleomaticis* (ed. Val. Rose, Leipzig 1885) 17.34, 18.1 pro *flegmaticis*. Bonnet citat ex Gr. Tur. hist. Fr. 5.14. p. 292 4.9 *eglogias = eulogias* (p. 145 i. c. Sub. 3).

Haud longe a veritate abesse mihi videor, si suspicor verba *edicere non moreris* in nostrum quoque locum revocanda esse; nec miranda est librarii socordia, qui pro: *codices,* scripsit: *obticis.* (vid. tab. phot. I.)

Deinde aliud vitium nostrum locum deformare crediderim: *Illa per mandato suo pagina mihi iniunxit;* quid enim sibi vult illud *pagina?* *Mandatum* (-tus) atque *pagina* eandem indicant rem; cui bono repetitur? Fortasse latet: *pagi nostri,* quod palaeographice optime quadrat, cum *nostri* scribi soleat per *nri* superducta lineola, quam si omittas facile *nri* cum *na* confundet aliquis, etiam si magis quam librarius callet; quod ad sensum attinet non minus discrepat; *pagus* enim vocatur seu territorium seu campania, id quod civitati adiacet seu urbi, ubi curia sedebat atque res apud iudicem agebatur. cf. F. DAHN: *Könige* VII[1] p. 78.

De *pena* 22.3 vide § 6.

3. De triphthongis.

§ 25. AEI.

Semel scriptum invenimus aei = e longum.

a diaei presente 11.8.

Aei = e legitur in antiquissimis inscriptionibus, quarum duo citat KARSTEN *Uitspraak* p. 76 et LINDSAY *L. L.* p. 242 *conquaeiseivi* (C. I. L. I 551 a. 132 a. C. n) et in nomine proprio *Caeicilius* (C. I. L. I 547b a. 14 1vel sec. MOMMSEN a. 116 a. C. n) cf. CARNOY p. 82. Libenter cum iis exemplis locum nostrum contulerim; satis scio obstare magnum temporis intervallum quo accedit, quod CARNOY in Lusitania eam scriptionem invenit in barbaris tantum nominibus.

Sed dum haesito nullam aliam explicandi rationem mihi adesse sentio.

Causa non est cur credamus erravisse eum qui codicem nostrum exaraverit; tum enim et alii erraverunt qui correxerunt codicem. Iis quoque notum fuisse videtur signum hoc *aei* = *ē*, licet hoc exemplum unicum sit nobis reliquum ex hoc saeculo.

Sed satis mihi sit locum notasse.

4. De syncope, aphaeresi, prosthesi, epenthesi.

§ 26. *De syncope.*

Omnium vocalium ea maxime est debilis quae in voce trium syllabarum eam vocalem sequitur quae ictu percutitur; posttonica ergo non finalis.

In Romanicis linguis numquam non periit; quippe quae in inscriptionibus saepissime desit.

Noster posttonicam non finalem non elidit, nisi in una tantum voce quae est *Domnus*. Saepius *domne, domno* scribitur.

Secundum Gröber *A. L. L.* II p. 103 ex forma domnus fluxerunt voces linguarum romanicarum: cf. Georges *s. v.* Diez *Et. Wb.* I. donno.

Bonnet p. 146 discrimen esse invenit inter utramque forman. Apud Greg. Tur. dicitur *dominus* de magistris, de victoribus, *domnus* autem per reverentiam.

De U amisso in hiatu.

Post duplicem consonantem *u* in hiatu positum semper periit in sermone vulgari. *battuere* > *battere, carduus* > *cardus, mortuus* > *mortus*. cf. Gröber *A. L. L.* I p. 249, 542 IV p. 121. Lindsay *L. L.* p. 52 § 54.

Legitur apud nostrum *mortas* = *mortuas*. 12.14,15.

§ 27. *De aphaeresi.*

Fit, ut prima vocis syllaba pereat; aphaeresin dicimus, abscinduntur in vulgari sermone plerumque praefixa *ex-* vel *in-* sed nonnumquam et aliud praefixum, vel vocalis tantum.

Citanda sunt apud nostrum:

Blada [1]) = *ablatum* fr. g. *blé* 11.32; *straneas* = *extraneas* fr. g. *étrange* 15.37; 20.17; *strumenta* = *instrumenta* fr. g. *estrumens* 14.15,32; 15.26; *Scariothis* = *Is* + *cariothis;* 12.7; quae forma vocis hebraicae iam in N. T. codicibus sine *i* scribi solebat, unde forma per totam latinitatem posteriorem emanavit.

§ 28. *De prosthesi.*

Sed e contrario saepe fit, ut affigatur syllaba quaedam (*e*-vel *i*-) voci, praecipue ei, quae incipit a *s* impuro; est anacrusis quaedam, propria non solum vulgari latino sermoni, sed etiam aliis vulgaribus linguis. In latino sermone frequentissima erat; quae vocalis fere semper servata est in romanicis linguis:

Citanda sunt haec exempla:

espoponderunt 23.12; *esponsa* 23.20; *estatus* 12.24.

Quibus addendum videtur: *esceno* 6.1 (escenum = scamnum cf. quae annotat ed. ad locum).

In medio vocis post priorem compositi partem intercalatum est ante *st e*: *Superestitus* 18.12, 26.

---

1) Gröber *A. L. L.* I 1884 p. 251. VII. 1890 p. 34—35.
Blatum Getreide, nach cat. prov. *blat blad-aria* afrz. *bled* junger *blef*, *emblaer*, *emblaver*, nfrz. *blé*, ital. *biada embiadare* etc.
V. Diez *Et. Wb.* I biado. Das Wort ist auf Frankreich und Italien beschränkt, aber, wie frz. *e* aus *a*, ital. *bi* = *bl* zeigt, alt, daher wenn unlateinisch, doch ein lokalvulgärlateinisches Wort.

Conferendum est apud Anthimum: *escotomaticus* 7.14.

SCHUCHARDT II 472 collectis exemplis aphaereseos et prostheseos, haec addit:

„Die Aphärese kommt nur bei den Italianern, Walachen und Rhäto-romanen vor, also bei denjenigen Nationen welche die Prosthese verschmähen (ganz ausnahmweis bei den Provenzalen). Hieraus könnte man schliessen wollen, dasz schon im Alterthume beide entgegengesetzten Lauterscheinungen auf zwei Gebiete verteilt waren dasz im Westen i(e) vor s impurum sowohl beibehalten als vorgeschlagen, im Osten abgeworfen, nicht vorgeschlagen wurde. Aber wir bemerken im Verhältniss eben so oft *is-* = *s-* in italienischen, wie *s-* = *is-* in gallikanischen Denkmäler, ja Beides in denselben Hdschr. nebeneinander, Z.B. *expectaculum-spectatio, spectamus* Fuld. N.F. *exspernere-stimator* Bob. Sacr. Gall. *espoponderunt strumenta, stranea*, Form. And."

Quo addendum est quod in Anthimi codice laudato juxta *escotomaticis* servatum est *stivis* = *aestivis*. 12.25.

§ 29. *De epenthesi.*

Unianimiter 20.26 28.28 ut iam notavit BONNET p. 146 scribitur, quamquam pro certo est affirmandum pronuntiasse viros haud prorsus rudes *unanimiter*, ut occurrit vox apud GREGORIUM TUR. iuxta *unianimiter.*

Concordiare 17.20 iuxta *concordabant* aliud epentheseos praebet exemplum, per analogiam cum *concordia* formatum est.

§ 30. II. DE CONSONANTIBUS.

Cum quas vocales subeunt mutationes maxime pendeant e loco quem occupant in voce, utrum accentu percutiantur necne, consonantes suas habent leges pro loco, seu in initio vocabulorum positae sunt, seu in medio seu in fine.

Si in media voce leguntur, multum interest utrum inter duas vocales an post vel ante consonantem locum teneant.

1. De explosivis.

§ 31. I. De Palatalibus.

A. In initio vocis:

1. Tenuis ante sequens *a* scribitur per *k*. *kaso* 17.33 (= casa), *karetas* 5.23.

In *Kalendas* 22.12,19; 25.32 K servatum est.

2. De media vide § 36.

B. In media voce:

a. inter vocales:

1. Tenuis inter vocales excidit: *seuli* 18.9 (= seculi)[1]. Legitur haec forma in Sae Eulaliae carminis vs. 24 (ed. Koschwitz): *Ele volt laissier lo seule, si ruovet Crist.*

In franco-gallorum lingua revera eicitur tenuis: e. g. *securus* > *seiir;* plura eius generis exempla invenies apud Schwan-Behrens § 145.

Perperam intercalata est in *ducas* 20.14 (= duas).

2. Tenuis inter vocales *(a, o, u)* scripta est per mediam:

α. ante a: *adliticare* 27; *Andecavis* passim. *denecabat* 22.10; *jocali (-us)* 4.10; 14.23; 18.7,26; 24.4,27; *liticare* 4.14; *oblecacionis* 15.1; *oblecatum* 23.3; *refrecacione* 17.4; 19.7; *paco* 4.11; (*pacem* 24.35 = *pagi* $\tilde{ni}$ = *nostri*).

β. ante o: *dileco* 5.8;

γ. ante u: *adjucum* 11.38 (= *abjugo*); *iucum* 11.38; *locum* 15.1; (= *longum*).

Bonnet p. 161 citat in calce paginae exempla quaedam

---

1) De significatione cf. Nettleship: *A. L. L.* V. p. 598.

Romae inventa in inscriptionibus; rem ita explicat, ut per formae similitudinem facile factum sit, ut litterae permutarentur. Quod attinet ad nostrum, haec explicatio parum satisfacit, quia, cum satis frequentia sint exempla mutationis *g* > *c*, nulla inveniuntur, quod expectas, contrarii *c* > *g*. Quo accedit, quod iuxta scripturam per *c* occurrit scriptura classica per *g* in iisdem vocibus e. g. *pago* 4.24; *litigare* 23.35; *denegabat* 8.5, 26; 13.29; *delegat* 20.20.

Qua de re potius crediderim scripturam esse inversam ut et HAAG statuit § 38 pro Fredegario suo cf. BRAMBACH p. 213 sq.

b. Ante consonantem:

1. Tenuis ante consonantem excidit:

ct > t: *autore* 21.22; 23.10; *autericium* 21.13.

cf. APP. PROBI p. 198.30 *auctor* non *autor*, *auctoritas* non *autoritas*.

Hanc scribendi rationem invenit LACHMANN (ad Lucr. p. 254) satis frequenter in sexti saeculi mss. cf. BRAMBACH. p. 215.

Post consonantem excidit:

nc > n: *cumpto* 21.27 (= cuncto, de *p* vide § 43).

Forma *conctos* nota est ex carmine Arvali (218 a. Chr. n. C. I. L. I 218 v. LINDSAY *Lat. Ins.* p. 23 sqq); Sed ut iuxta quinctus tempore Rei publicae dicebant quintus, sic iuxta cunctus dicebant cuntus Romani tempore imperatorum, cf. LINDSAY *L. L.* p. 70.

Cuntus legitur in inscr. (Inscr. Hisp. Chr. 12 a. 593, 214 a. 958, 235 a. 912) v. CARNOY p. 172.

2. Media ante consonantem:

gn, gl, gr > *cn, cl, cr.*

acnacio 23.29; *necligens* 17.13; *necligencias* 5.27, 30, 6.3; *necliens* 25.34; *acris* 10.17.

In *necligens, necligencias* et *necliens* potest esse orthographia legitima etymologica. Monet Curtius Valerianus apud Cassiodorum (p. 2290, 3 P.): *neglegere per g, non per c scribendum* quae verba BRAMBACH p. 214 in etymologos dicta esse censet.

De *renum* (= regnum) 16.2 et *senacula* (= signacula) 22.8 vide § 36.

C. In fine vocis:

1. tenuis abiicitur:

Si (= sic) 15.11 17.21, *quiquid* (= quicquid) 21.21.

Additur perperam:

sic (= *si*) 14.5. *nec* (= *ne*) 18.8.

Sine dubio hae formae, abiecto c, cotidiani sunt sermonis.

In inscriptionibus Hispaniae legitur *si* CARNOY p. 184.

In Gallia *hi* (= hic requiescit) PIRSON p. 104. In iureiurando, quod dicitur *Serment de Strasbourg: o = oc.*

Si mansit in lingua italorum (cf. LINDSAY *L.L.* p. 124).

ici fr. g. (= ecce hic > *ecce ci*) cf. SCHWAN BEHRENS § 149.

Scribitur per t:

hant = *hanc* 7.35 *hunt* = *hunc* 24.16 (ante sequens d).

2. Media non occurrit.

De X.

X duplex est littera, qua sunt coniunctae palatalis et sibilans. Vis sibilantis iam prisco tempore evanuisse videtur; argumento est S. C. de Bacchanalibus (a. 186 a. Chr. n. C. I. L. I 196 v. LINDSAY *Lat. Ins.* p. 59) ubi scribitur: *exstrad* = extra (sic corrige p. 66), *saxsum* in Scipionis epitaphio (LINDSAY p. 70) et permulta exempla in Inscr. usque ad tempora Sullana.

Postea autem, secundum CORSSEN inde ab quarto saeculo quem refutat SCHUCHARDT I. p. 132, *x* debilitata est in *s*.

Cuius debilitationis in formulis nostris vestigium nullum adest nisi semel scriptio inversa: *iuxtum* (= iustum) 18.33.

X per cx scribitur:

coniuncxerunt 5.26; 6.2; *iniuncxit* 4.9.

Secundum LINDSAY *L. L.* § 4 p. 5 in iis elementum gutturale repetitum est.

In praepositione *iuxta* *x* semper scripto mansit; sed de pronuntiatione quaenam fuerit utrum per x an per s non constat. cf. GRÖBER *A. L. L.* III. p. 273.

§ 32. II. DE LABIALIBUS.

A. In initio vocis.

In initio vocis labiales non mutantur.

Formularum scriptor non haesitabat inter *p* et *b* adhibenda, quod eo magis operae pretium est statuere, quia in vulgari Italiae lingua commutantur (v. LINDSAY *L. L.* p. 112 Bompeiiana, Bupa C. I. L. IV 1234) vel in Gallia (v. PIRSON p. 62) sed ut in franco gall. lingua accurate distinctae sunt labiales initiales. (MEYER LÜBKE I. p. 361, 362 § 416).

B. In media voce:

a. Inter vocales:

1. Tenuis debilitatur ac *p* fit *b*: [1])
   stibulacione 13.13; *rabacis* 15.23.
2. Media debilitatur ac *b* fit *v*: vide § 37.

Quo tempore primum *p* per *b* scriptum inveniatur, sic statui potest. Affertur forma *coberturio* (LE BLANT No. 215 VIi si).

In nonnullis Galliae partibus *b* mansit (*sapēre* > prov. *saber*)

---

1) Scriptum semel per *v*.
Sevis (= sepis) 15.32.
Solent viri docti laudare huius scripturae primum exemplum: *tugurium* = *cavanna* (capanum apud *Isidorum*; vide *Nyrop* I § 371). Reichenauer glossen No. 1135.

in aliis autem postea *b* in *v* est mutata, unde ortum est *savoir* < *sabere* < *sapere* Bourciez § 165.

b. Ante consonantem.

1. Tenuis p per b scribitur:

Obtabile 23.19 (cf. Form. Arv. *obtas* 29.20; *obtime* 29.17). Multa huius generis exempla collegit ex inscr.: Pirson p. 60. Apud Fredegarium *obtimates* scriptio est perpetua. Confusio cum praefixo *ob*, de quo saepius grammatici monuerunt ne per *p* scriberetur, nostrum in errorem duxit. (Lindsay *L. L.* p. 79.) quo factum est ut vel ubi ratio *p* poscit, *b* scribat noster. [1])

2. Media interdum per p scribitur:

α. Ante *l:*

puplica 4.4, 30; 6.32; 14.26; 21.23; *publici* 4.68; 14.29; *puplicis* 4.17; *puplico* 4.18; 15 18. 31.

Iam in S. C. de Bacchanalibus (anno 186 a. Chr. n.) *poplicod*, scriptum invenitur (Lindsay *Lat. Ins.* p. 59 sqq.); ea scriptura vulgo ita explicatur, ut confusa sint inter se *publicus* et *populis* (cum o brevi atque p) Lindsay *L. L.* p. 287.

In graeca transscriptione πούπλικος scribebant (Priscianus I 26 Seelmann p. 297). Fieri potest, ut, qui nostrum exaravit codicem, in mente habuerit derivationem ab eo quod est *populus;* aequo iure autem credere possumus eum vitasse scripturam *publicus* per b, metuens ne per o pronuntiarent. Is, qui exaravit codicem quo continentur. Form. Arv., iuxta *puplicus pubplicus* (pag. 29 passim) tradidit.

β. ante *t*:

opteniat 5.19; *supter* 23.4; *supterius* 23.4.

---

1) cf. pag. i. c. sub.

γ. ante *p*.

Noli mirari quod iuxta *obposita* 6.18; 7.4 al. *opposita* invenimus.

c. Inter consonantes evanuit b.

suscripcionibus 22.7; fr. g. *sou*-

Quod latine iam notum est: asportare, ostendere.

C. In fine vocis:

De *p*, *b* in fine vocis nihil habeo quod dicam.

§ 33. III. De Dentalibus.

A. In initio vocis.

In initio vocis dentales integrae sunt servatae.

B. In media voce.

a. Inter vocales.

1. Tenuis *t* inter vocales *d* facta est.

blada 1132; *devastada* 14.19; *interpellado* 17.18; *nutrido* 24.14; *abbadissa* [1]) 20.28; *fossado* 13.17 19; *fossadasset* 13.18, 20, 22; *meduendam* 22.2; *prado* 23.24; *solsadia* 9.1, 11; *solsadierunt* 10.14; *solsadii* 9.12, 20; *solsaditus* 9.18, 28; *solsadivit* 9.15, 25; *vidi* 10.30.

Eadem ratio quae est inter *p* et *b*, exstat inter *t* et *d*. Verum usque ad nonum saeculum exiens muta *d* manet, deinde excidit: *rotundu* > *rodont* > *rond*. *Vita* > *vida* > *vie*.

Quo tempore primum coeperit debilitare t inter vocales non constat; Seelmann p. 309 citat *iradam* (142 p. Chr. n).

Mansit autem d in hispanica lingua in part. perf. pass.

---

1) v. Gröber *A. L. L.* II p. 445, 599, 450.

2. M e d i a c o n t r a p e r *t* s c r i b i t u r:

alote 4.12, 25; 18.14, 28, 29; *coticis* 4.6, 8; *deti* 19.18; *heretibus* 6.18; 7.3, 34; *intercitentem* 23.18; 24.25.

cf. Anthimi cod. G. *metus* 11.35 (= m e d u s).

Ratio est inversa scribendi.

b. Inter consonantes:

1. T e n u i s i n t e g r a m a n s i t:

latruncolus nondum per *d* scriptum invenitur; *latrone* > *ladron* posterior aevo est formularum nostrarum; neque apud Fredegarium occurrunt huius generis exempla.

2. M e d i a n o n n u m q u a m e x c i d i t:

icirco 24.36.

Per *t* scriptum invenitur *derelinquentis* 5.13 (= d e r e l i n q u e n d i s = d e r e l i c t i s)[1].

C. I n f i n e v o c i s:

Discrimen inter tenuem et mediam faciendum non est.

Iam in classico sermone haesitabant scriptores inter utramque litteram: s e d, s e t, a p u d, a p u t, h a u d, h a u t. cf. Quintilianus 12.10, 32 sqq.

Schuchardt I p. 118 sqq. et Seelmann p. 366 sqq. plurima exempla collegerunt ex manuscriptis et inscriptionibus huius mutationis. Ablativus sing. iam tertio saeculo a. Chr. n. desiit pronuntiari audito *d* finali v. Lindsay *L. L.* p. 77. Frequentia sunt exempla *d* finalis in formis, quales *reliquid*[2]. Apud nostrum invenitur:

---

1) *Derelinquentis* et ita potest explicari ut sit = derelinquentibus quod praes. part. aeque valet atque part. perf. pass. cf. Significantes — Significatis Hoeveler *Exc. Lat. barbari* II vide Bursian 1898 t. 98 p. 111.

2) Vide Schuchardt I. p. 118 sqq.

t > *d.*

permaniad 10.21 bis; 10.28 bis. cf. Form. Arv. *valead* 31.11.

adque = a t q u e passim.

Contra d > *t*:

aliut 8.37; *it* 5.24; *set* 17.23; 20.2; *aput* passim.

cf. Form. Arv. *quicquit* 29.8. 10. Anthimi cod. G. semper, *illut* scribit.

Ex quibus exemplis patet d et t in vocis fine aeque debiles fuisse. Legitur *aput* primum C. I. L. I. 206.15 iuxta *apud, haut* iuxta *haud* ibid I 1306.

In monumentis ex Augusti tempore identidem alternant. [1]).

Quod confirmatur et hac re, quod apud nostrum plura exempla occurrunt, in quibus prorsus periit *t finale*, at nonnullis vocibus contra perperam adiicitur.

Periit apud nostrum in hisce: *qui* (= quid) 12.15; *se* (= sed) 15.9; *si* (= sit) 23.17; *valea* (sic codex = valeat) 19.19.

Perperam adiicitur: *d* in *aliquid* 22.23 (= aliqui);

t in: *set* (= se = si 22.15; *accipit* (= accepi) 19.15; *decrevit* (= decrevi) 23.4; *invenit* (= inveni) 17.21; *perdedit* (= perdedi) 8.37; *tractavit* (= tractavi) 17.30; *deberit* (= debere) 16.10 (mutato *e* in *i* ut in) *essit* (= esse) 15.32, 33; 23.2;

Contra (cf. supra s e, s i, v a l e a) *dedissi* (= dedisset) 21.12.

Deinde saepius conmutantur inter se — *it* et — *im*, quod ZEUMER ita explicat ut scriba textum non intellexisse credatur; nonnullis locis in calce paginae corrigit distinctionem personarum non ubique adhibitam (vide pag. 3), aliis locis non corrigit, quamquam permutatio exstat. Attamen hae con-

---

1) SEELMANN p. 366 ff. STOLZ p. 191. Cf. POTT *Romanische Elemente in den langob. Ges.*, in KUHN's *Zeitschrift* XII p. 167, 169, 170, 172, 180, DIEZ *Gr.* p. 493.

fusiones phonetice sunt explicandae, neque est cur credamus non intellexisse scribam; non distinxit diversum sonum finale et modo *m*, modo *s*, modo *t* scripsit, quia aures eum fallebant nec doctrina satis adiuvabat.

PAULUS GEYER: *Beiträge zur Kenntnis des gallischen Lateins* A. L. L. II p. 25—47 de *t* finali p. 42 exempla enumeravit atque digessit ex documentis praesertim italicis ac longobardis in quibus *t* finale non scribitur.

Quae ita explicat: Da der Auslaut t in der Aussprache nicht mehr gehört, in der Schrift aber noch meistens beibehalten wurde, so konnte es nicht ausbleiben, dass umgekehrt t oft auch an unrichtiger Stelle angefügt wurde z. B. *quam ego conplivi et dedit, Lucca a. 736 III 614; ego cumplevit et dedit, Clusium a. 750, IV 359*, während richtig vorausgeht *ego subscripsi; ego conplivit et dedit, Toscanella a. 739, III 672; ego conplevi et dedit, Roselle a. 772, V. 635* etc. Wie an die 1 Person Singularis Perfecti findet sich t manchmal auch an dem Infinitiv angehängt: z. B. *constat me donasset a. 736 III 625; constat nus vendidisset Bencieevum a. 742,* dann richtig *tradedisse; constat mi accepisset, Hist. Patr. Mon. XIII 14 a. 716.* Ahnliche Beispiele von unrichtig angesetztem t in Handschriften des Paulus Diaconus hat gesammelt WAITZ in dem aufsatz: *Ueber die handschriftliche Ueberlieferung und die Sprache der Hist. Long. des Paulus: Neues Archiv 1876 S. 548 und 554.* Zeugnisse aus der Itala für den Abfall des auslautenden t in Verbalformen giebt RÖNSCH *Jahrbücher 121 S. 69, 70.*

Totam paginam descripsi, nam exempla quae citat GEYER prorsus eiusdem sunt naturae atque ea quae inveni in Formulis 19.13, 14 Convenit mihi .... facere debere; quod ita et *fici* .... et *accipit* (ZEUMER i. c. lege: a c c e p i).

23.4 mano mea supter *firmavi* et .... *decrevit* adfirmare (ZEUMER tacet).

17.21 Et si (l. sic) *recognovi* et .... *invenit* (ZEUMER i. c.: inveni).

8.37 nec ipso iumento numquam *habui* nec .... *perdedit* (verba sunt unius eiusdemque qui iuratus dicitur. ZEUMER tacet).

17.30 te sponsata visi *sum* habire .... in animis meis plenius *tractavit* (ZEUMER tacet).

Post infinitivum affigitur *t* in *deberet* ut in *dedisset*, in *essit* (mutato *e* > *i*) ut in *accepissit.*

GEYERUM exempla e formulis latuerunt; sic enim pergit l. l.: War hier das Ergebnis für das gallische Latein ein rein negatives, indem Abfall des schliesenden *t* Gallien abgesprochen werden musste, u. s. w.

In Formulis autem nostris litteram non auditam esse pro certo affirmari potest; inde apparet quod cum ceteris finalibus est mutata, cuius rei exempla postea dabuntur.

it = *im* et *im* = *it* vide § 39.

at = *as* et *as* = *at* vide § 38.

Inserenda hoc loco exempla sunt, ubi *e* per *et* scribitur et *a* pro ad (vel contrarium) in praefixis:

et > *e*: *etdocet* 12.21; 24.34; *etnerrare* 15.8.

a > *ad*: *admittat* 7.25; 24.10.

In fr. g. lingua prorsus evanuerunt d, t finales: e. g. *nepote* > *neveu*, *fide* > *foi.* Si in hodierna lingua interdum scribuntur post consonantem, tamen in pronuntiatione nullius sunt momenti: e. g. *lectu* > *lit; tardu* > *tard.*

Sed non ante XIIum demum saeculum perierunt BOURCIEZ.

§ 151). Credendum fortasse est proprium nostro scribae tantum fuisse quod litteras illas permutet.

§ 34. De q.

Fere ubique q u apud nostrum per *c* scribitur:

a. In initio vocis:

caus (=q u o s) 9.18; *cui* (=q u i) 19.6; *condam* 13.26, 28.33; 14.3.

contra c > *qu*

quoequalis 15.17 (= c o a e q u a l e s) [1]).

b. In media voce:

alico 14.3; 15.24; 19.22; 22.8; *alicus* 21.9; 23.8; *anticus* 15.21; *relicus* 19.3.

Contra c > *qu:*

loqua 4.25.

Notum est quantum sibi dederint operam grammatici ut bene distinguerent litteras *c* et *qu*, praesertim ante sequens *u*.

Postea quoque *qu* eandem habebat vim atque c. Monet App. Probi: *aqua non acqua* p. 198,18 K. cf. quae disputaverunt hac de re Brambach p. 221 sqq. Lindsay *L. L.* p. 84.

Excidit q in *proseuere* 4.7 (= p r o s e q u e r e), postquam g factum est, ut in n i v i s pro *n i g v i s. (cf. fr. g. *poursuivre*).

§ 35. De assibilatione. (*ke*, *ki* > *te*, *ti*).

Sunt qui iudicent *c* ante *e* vel *i* iam in latino sermone esse mutatum; alii autem non ante quintum vel sextum sacculum eam confectam esse mutationem putant.

---

1) In iis quae leguntur: *contra cuiuslibet hominem* 4.13; *contra cuiuslibit hominum* 4.27. vix de vera genitivi forma pronominis *quislibet* (ita in nom. 17.24 (-it) 25.25 cogitari potest. *Cuiuslibet* vel pro *quoslibet*, vel pro *quibuslibet* (*b* excidit ut apud Fredegarium Haag § 42 -forma *quibus* quamquam paene ignota legitur in Form passim.

Quodcumque est optandum, *qu* per *e* scribitum esse credamus.

Ex *cio* et *tio* inter se mutatis nihil licet nobis statuere nisi quod tamen iam satis notum erat, nempe quo tempore formulae nostrae sint scriptae, has terminationes iam eundem habuisse sonum: *tsj.*

De fato quo sunt usae hae terminationes post sextum saeculum side G. PARIS *Romania.* XXXIII. p. 321. (1904).

Noster autem fere semper *ki* scribit; operae pretium videtur totam exscribere vocabulorum seriem, ex qua apparebit non solum in vocabulis a supinis derivatis hanc scribendi rationem eum secutum esse, sed etiam in aliis vel in adverbiis.

ac(ag)nacio 8.6, 8, 9; 20.10; 23.31; 25.20; *altercacio* 20.13; *causacio* 4.10, 24; *congregacio* 7.8; 20.23, 35, 36; *conmutacio* 14.16, 34; 15.28; *contulacio* (*-tulli-*) 14. 16, 33; *damnacio* 21.3; *dominacio* 5.12; *donacio* 14.33, 15.27; *nacio* 22.31; *oblecacio* 15.1; *racio* 7.19; 9.14; 23.9; *refrecacio* 17.4; 19.7; *relacio* 14.21; 15.4, 36; *sttb(p)ulacio* 13.13; 24.22.

caucio passim, *condicio* 8.25, 35; 19.14; 25.6; 11.30; *intencione* 12.36; *malediccio* 12.7; *nupciarum* 5.7; 17.38; 23.19; *obieccione* 19.7; *paccio* 24.11; *peticionem* 7.9; 24.14; *repeticio* 5.9; 7.15; 17.23; 20.2, 18; 24.21; *retribucio* 11.8, 38; *scripcio* 21.9; *suscribcionibus* 22.7; *vindicio* passim.

propicio (gr. προπέτης v. GEORGES s. v.) 5.3.

definicio 21.5; *supersallicio* 6.30.

abiecenciis 16.34; 20.33; *convenencias* 14.6, 7, 9, 16, 34; 2018; 25.26; *diligencia* 15.6; *necligencia(s)* 5.27, 30; 6.3; *praesencia* 8.21; *reverencia* 8.20; *iusticia* 20.24; *noticia* passim; *porciones* 4.11, 25; 18.14, 23 (*-tione* 19.2).

gracia 4.23; 5.22; *palacio* 4.11, 24; 22.32, 40; *spacia* 15.12.

precium 5.31; 6.15; 7.31; 11.20; 12.27; 13.7; 14.9.
servicium passim (*-tium* 10.25).

negociens; *nego(u)cium* 14.27; 1513; *sacerdocium* 12.7; *compocionalis* 14.16; *sediciosis* 14.24; *nonciare* 9.17. 27; *denonciaverunt* 15.11; *denonciatum* 21.13; *denonciacionem* 14.26; 15.10.

incuciat 22.3; *pociares* 18.20; *tercia* 255, 23; *marcias* 22.10; *cercins* 23.3; *pocius* 11.11; *robuscius* 19.6; *tucius* 19.5; 20.15; *eciam* 10.31.

Contra *ci* pro *ti* occurrit.

platitum 9.15	(= placitum) quod per assibilationem videtur esse explicandum.
untias 10.24	scriptio inversa esse potest.
intertitente 24.25	(= interticente) sine dubio vi sequentis ac precedentis *t* per *t* pro *c* scribitur.

Omnia vero haec exempla nullius sunt momenti ad quaestionem solvendam de assibilationis primo tempore in fr. gallia.

G. MOHL [1]) sententias collegit virorum doctorum.

2. De spirantibus.

§ 36. I. DE G ANTE E, I.

G ante *e*, *i* non idem sequitur iter quod *g* ante *a*, *o*, *u*, nam restitit integra (ut *gutta* > *goutte, gobione* > *goujon* NYROP § 422), sed mutata est in *i*, quamquam scripto red-

1) *Introduction à la chronologie du latin vulgaire* 1899 p. 289, sqq.

ditur nonnumquam per *g* e. g. *gigonte* > *géant* (pr. *jéan*) *gente* > *gent* (pr. *jan*).

a. In initio vocis:

In initio vocis *g* per *i* scribitur:

iesta 4.2 cf. *in-ienuus* Form. Arv. 30.22; 31.16.

Scribit noster secundum pronuntiationem.

Iam inde a quinto saeculo exempla huius mutationis occurrunt, quae collegit Schuchardt I p. 67 sqq.

Citat Haag § 47 ex Fredegario exempla, ubi *i* per *g* redditur: *Gepte* (= Jephte) *Girobeam* (= Hierobeam).

Mutatio in ant. fr. g. lingua iam ex vulgari latinitate ducit originem, de qua re vide Schwan-Behrens § 150: cl. gelu > *yelu* (pr. *dziel*) *Yorge-Jorge* < cl. Georgio.

b. In media voce:

α. Inter vocalis:

Media voce *g* vel excidit vel *i* factum est [1]).

1. Excidit:

necliens 25.34.

cf. Anthimum: *indieriae* 7.16; *exierit* 8.10; 10.31.

2. factum est i.

eieris 21.22.

Apud Fredegarium tale quid invenitur vide Haag § 47.

β. Ante consonantem:

gn.

ante *n* *g* excidit:

renum 16.2 (= regnum).

senacula 22.8 (= signacula).

---

1) In voce celtici originis quae est *digere* 8.35, 12, 17 g per c scribitur *dicere* 12.14, vitium fortasse ex mutatione ortum cum noto illo verbo.

De *n* illo disputatur inter viros doctos, cuius sit naturae atque indolis, utrum sit simplex *n* an quod fr. g. dicant *n mouillé*. WALDNER[1]), quem laudat HAAG, *n* simplicem esse contendit. De hac quaestione ex Formulis nostris argumentum afferri non potest quo discernatur lis.

§ 37. II. DE B ET V.

B et *v* inter se alternant.

b > *v:*

movilebus, inmovilebus 20.33, 25.3;

v > *b:*

abunculo 9.5; *delegabi* 19.3; *denegabit* 14.7 (= denegavit); *transibi* 10.6; *transcrivimus* 14.7;

Inter vocales iam tertio saeculo *b* per *v* scribitur de qua re amplissime disputavit LINDSAY *L. L.* § 52 p. 49.

Notandum autem est quod *b* initiale neque in inscriptionibus neque apud Fredegarium vel Gregorium Turonensem per *v* scriptum occurrat neque in Formulis nostris.

In linguis romanicis aeque accurate inter se distinctae supersunt; *b* semper integrum restat, inter vocales tantum *v* factum est; NYROP §§ 371—378, *bibit* > *boive, debere* > *devoir, caballu* > *cheval.* Forma *cavallus* invenitur iam in *Glossario Casseliano.*

De φ > b vide § 41.

De s vide § 38.

De littera w.

Semel tantum invenitur in nomine proprio:

wasconici 16.31.

---

1) *Quellen des parasietischen i im alt franzosichen; A. L. L.* II p. 421.

§ 38. III. De s.

Sonus *s* in Formulis non ubique eadem usus est fortuna; modo enim prorsus non auditur, ut *t* quocum haud semel mutatur, unde efficias utramque litteram auditam non esse, modo autem idque praesertim in declinationis formis, tenax est neque negligitur, quo factum est, ut multae iam inveniantur formae quae romanicae sunt.

Comparentur inter se:

fuit *in racione* pro iumento suo 9.14;

fuit *in raciones* pro argento 9.23;

in racionis fuerunt 23.9;

apparet *s* in ultimis exemplis parum viguisse.

In: *posteris tui* 16.36 abest, contra in: *propinquis nostris* (n. pl.) 17.2 abundat.

20.20; in ecclesia *seniores* loci adest, deest in 22.13 *seniore* loci; Inveniuntur: *quicquid* passim, *quisquid* 22.34, *quiquid* 21.21; concludere licet *s* in his auditum non fuisse.

Quibuscum cavendum est ne conferamus exempla illa genitivi sing. 3ae decl, quae non ex debilitatione finalis sunt orta, sed ex mutata dicendi ratione. Schuchardt ita de hisce monet: [1]) Während ich allerdings in *successionem genetore* = *genetoris, ancilla rege* = *ancilla regis* soweit solches in Denkmälern Frankreichs vorkommt jetzt nicht mehr ein Schwund des s erblicke, sondern mit d'Arbois de Jubainville eine Vertretung des genitifs durch den einzigen romanischen casus obliquus, der aus acc. und abl. zusammengeschmolzen ist.

Exempla sunt:

morte pericolum 6.4; libellum *dote* 17.3,7; pro *amore*

---

1) *Zur Rom. Sprachwissenschaft* in Kuhn's Zeitschr. XXII. 1874. p. 164.

dulcetudinem 16.4; vindicio *proprietate* 13.4; in *pignore* condicionis 11.30; in *civetate* regione 15.34; propter *amorem* dulcitudinem 16.19 (= *amore*).

Cum *t* confusum invenimus *s* his locis:

a s > *as*:
cognuscat 23.2.
a t > *as*:
abias 16.20; 25.9; *tenias* 16.20; *possedias* 16.20; *exsolvas* 17.7;

i t > *is*:
volueris 16.21;
i s > *it*:
voluerit 21.22; 23.33; *potuerit* 22.23.

Admodum dubium esse credo, liceatne ex his formis pro certo aliquid statuere. Formula enim, ex qua sumpta sunt exempla, ut suspicor, transcripta est vel a nostro librario vel ab uno ex praecessoribus ex formula, i, ad eam cui destinata erat, puellam; fortasse in describendo, ut cuivis esset apta, fefellit scriba in mutandis verborum personis.

Exceptis ergo exemplis quatuor *abias, tenias, possedias, volueris* cetera non ita sunt frequentia ut ex iis derivari aliquid possit, quod eo magis temere faceres, quia ex declinatione apparet vim non defuisse litterae *s* finali.

In septentrionali Galliae parte neglecta non est; in meridionali abiecta est; sunt fortasse qui ex his se de scribae origine aliquid statuere posse sperent eum vel italum fuisse, sed dum alia non adsint argumenta, admodum dubia est eiusmodi coniectura qua abstinere praestat.

3. De nasalibus.

§ 39. De M.

a. In initio vocis:

In initio vocis m non est mutatum.

b. In media voce.

In media voce varia usa est fortuna littera m.

1. Ante b.

Sambuca 5.11, (gr. *σαμβύκη*) vera est forma quam retinuit noster, cf. Georges s. v. Sambucus; Diez Et. W. IIc. *Sureau* und Anhang, Gröber A. *L. L.* VII p. 454.

Ceterum saepissime alternat *m* cum *n* quod non vulgari tantum sermoni est proprium cum ad indicandum nasalem sonum quem audiebant homines, duo illa signa parum sufficerent.

2. Ante dentalem:

volumtate 5.3, 15, 35; 6.9, 19; 11.3; 13.24; *volomtas* 5.20, 37,7; 11.5, 26; 12.8; 16.37; 18.4; 19.20; *volomtate* 16.22, 18, 11; *volumtate* 5.29; 12.8, 31. 37; *voluntas* 17.5; *venumdare* 21.30; *venondare* 13.9.

3. Ante qu:

numquam 11.6; *nonquam* 8.11.

4. In praefixo cum:

cumcordia 12.37; 20.10; *concordiabant* 17.20.

Talia exempla variae scripturae saepius tractaverunt veteres grammatici quorum iudicium collegit Brambach p. 263 cf. Karsten. *Uitspraak* p. 106.

c. In fine vocis:

M finalis [1]) prorsus non auditur; seu ante sequentem consonanten seu inter vocales, ubi vel apud classicos poetas scansione negligitur.

Argumento sit, quod genitivus: proprietatis *nostre* 13.6, scribitur paulo post 13.8: proprietatis *nostrum;* quod *uni tenorum* 20.40 scribitur uni (= uno) tenore; cf. deinde *a mane* usque ad *vesperum* 9.6; de *manum*usque ad *vesperum* 23.11.

Eadem ratione qua in vulgaribus titulis inde a saeculo altero post Chr. n. adiicitur vel omittitur *m* finale, in Formulis nostris modo scribitur ut: *legem* fuit decreata, ubi potius abest, modo abest ubi desideratur: *vi aut damnum;* e. g. ablativus scribitur; *nullo cogente imperio set plenissimum voluntate mca* 5.29; vocativus: *reliquam curia publica* 4.6. Contra accusativus passim sine *m* invenitur. Quo factum est ut accusativus et ablativus inter se non distinguantur (cf. SOMMER p. 304 ex titulis citata exempla) nam vel in secunda declinatione *-u* (*m*) semper per *o* scribitur. BONNET p. 155 et D'ARBOIS DE JUBAINVILLE, quem in calce paginae citat, defenderunt *m* finalem nasalem sonum dedisse praecedenti vocali, sed viri docti cum iis non faciunt (LINDSAY *L. L.* p. 67.68. SOMMER l. l.).

Non in declinatione tantum, sed in coniugatione verborum etiam perperam omittitur *m* finale: [2])

---

1) Scripserunt d m finali:

RITSCHL *opnsc.* IV p. 93; CORSSEN, *Aussprache* I. 272; OTT, *Jb. für Philologie* 109 (1874) p. 786 sed ante omnes; WEISSBRODT: *Philologus* 43 (1884) p. 457 et ERN. DIEHL in *Fleckeisens Jb. f. cl. Philologie* XXV 1899 p. 1-327. Vide deinde SOMMER: p. 302.

2) An formula, quae admodum est frequens, si *fuerit* ergo ipsi aut aliquis (de heredibus meis, vel de propinquis meis, vel alique persona qui sequitur) hisce exemplis sit adnumeranda, pro certo statuere non licet; potest enim ad alterum subjectum respicere *fuerit* cum *t.* 5.33; 6.8; 7.3; 19.17; 20.3, 39; 25.10, 34.

debire (= deberem) [1] 17.31; *rogasse* (= rogassem) 22.24; *interficisse* [2]) (= interficissem) 22.24.

Iam vidimus *t* finale quoque nullius pretii fuisse in formulis quo factum est ut facile sint permutatae hae litterae:

malim (= malit) 19.3; *deberit* (= deberem) 4.9; *aparuerit* (= aparuerim) 5.29; *debiat* (= debiam) 7.12; *habuissit* (= habuissem) 8.35, 36; *furassit* (= furassem) 10.2; *abuissit* (= abuissem) 10.3; *fuisset* (= fuisse|m) 10.4 [1]).

Denique scriptum est *posteaque* 12.15 (= posteaquam). De perturbata declinatione postea dicetur § 51.

§ 40. De N.

Ante sequens *i* praefixum *con* abiicit ultimum:

coiugium 209.12; 25.18, 19.

Seelmann p. 282 plurima collegit exempla in quibus periit n ante sequens h. j. v.

Contra iuxta *concordiabant* legitur *cumcordia* cf. § 13.39.

NT finale.

In fine vocis -*nt* audita non esse ex duobis exemplis perlucide apparet:

Perperam omittuntur.

resedere 4.4.

Perperam adiiciuntur.

deberent 16.2 (cf. 18).

---

1) *agem agnitudine* (ita codex) 5.22 de Roziere edidit; *agem magnitudine* Zeumer: *agere magnitudine*, fortasse legendum est: *agerem magnitudine*.

2) Huius omissionis initium iam invenitur apud Catonen qui dabat recipie pro recipiam teste Festo 296 cf. Karsten *Uitspraak* p. 103.

Sed ex aliis exemplis ubi perperam cum *t* alternant, statuere nobis licet *-nt* muta fuisse aeque ac *t* finale;

t > *nt*:

habuissent 14.9; *deberunt* 12.38 [1]). *permaneant* 7.27. *suggerent* 14.30

nt > *t*:

possit 14.22; *teniat* 20.19; *valuerit* 13.32; *voluerit* 12.29.

Notum est in titulis saepius exempla reperiri huius omissionis. — Sunt autem qui eas formas potius ita explicent ut perturbatus sit syntaxeos ordo, cum contendant scribentes prorsus latuisse sensum verborum quae describebant.

Mihi admodum iniustum videtur talia credere; quidni phonetice explicemus quae simplicia apparebunt et cur potius stupiditatem obiicimus iis de quibus nihil fere novimus.

§ 41. De aspiratione.

De h initiali.

Bonnet p. 167. Il faut croire que l'aspiration des voyelles se faisait peu sentir et qu'il résultait de là ce qu'on voit résulter souvent par exemple en Angleterre elle était appliquée mal à propos.

Annotat in calce: Cette explication me paraît suffisante. Nihil obstat quin cum Bonnet faciamus.

De *h* tempore Ciceronis in sermonem cotidianum introducto

---

1) *Deberunt* pro *deberent* saepius occurrit; 14.21; 15.37; 24.7; sine dubio per analogiam cum sequente *fecerunt* scriptum est. Ceterum *u* et *e* alternantia in terminationibus tantum inveniuntur nam de exemplis qualia sunt: contra *cuiuslibit hominum* 4.27, iuxta *contra cuiuslibet hominem* 4.13, cf. *contra ipso hominum* 13.24 parum constat, possunt enim explicari ita ut permutatae sive inter se terminationes secundae et tertiae declinationis; de qua re vide § 47.

Invenirent = *invenierunt* 14.18 postea tractabitur § 56.

vide LINDSAY *L. L.* p. 54 sqq. qui enumerat grammaticorum sententias.

Apud nostrum *h* vitiose omittitur.

In verbi *abere* formis, passim.

austiliter 16.31; *austis* 15.21; *ac* 18.13; *anc* 11.28; *eredis* 17.1; *eredum* 25.24; *orum* 18.24; *os* 17.18; 22.9; 23.9; *ostibus* 15.22; *umani* 18.8;

odiernum (*-o -e*) 5.31; 6.6; 16; 7.31; 10.35; 11.21; 16.12; 18.20; *proibit* (= prohibet) 24.34.

Vitiose scribitur:

hac [1]) 11.10; 12.2; *hedificate* 20.39; *hedificiis* 16.33; *heos* 12.14; *hereo* 14.32; *higitur* 15.24; *husumfructuario* 18.1; *ethenim* 21.22, 22, 35; *adherat* 13.29; *adherant* 22.19; *adherunt* 8.27, 12, 13.

In media voce.

Inter vocales excidit h:

curte 5.5 (= cohorte, corte).

cf. Lat. *nemo* (= ne + hemo) praebeo, debeo.

nichil 20.7 scriptura est inversa.

Post consonantem:

H post consonantem in primis in vocibus graecae originis invenitur ad reddendum gr. φ, χ, δ.

φ numquam per *bh* scribitur sed per *b*,

Colebus 63.2; 7.2; vide § 2.

---

1) *Heredum hac proheredum* 1.2 vi praecedentis et sequentis h.

2) *Israhel* 2.24 intercalato h. prorsus quadrat cum ratione scribendi in N. Test. cf. RÖNSCH: *Itala und Vulgata* p. 459.

χ scribitur per c seu in initio vocis:

carta 15.2; 14.33; 15.27; *cartole* 16.4, 18; *passim* 19.6;

Ita semper per *c* neque per *ch;* cf. quae disputaverunt hac de voce: BAEHRENS *N. Jbb.* 1872 p. 785 contra quem K. E. GEORGES *A. L. L.* I. p. 272.

Seu media voce:

parocia 15.18.

chatolice 21.3 scriptura est inversa.

De ϑ exempla non adsunt sed miro modo factum est, ut fere semper atque per totum medium aevum t scribatur per th.

Sic apud nostrum:

carthola 15.15; *episthola* 24.30; *Iscariothis* 12.8.

§ 42. 4. De consonantibus duplicatis vel simplificatis.

Hoc proprium est sermoni quem Francogalli loquebantur quod duplices consonantes ubicumque simplices factae sunt; qua in re distinguendus est a sermone quo sunt usi Italici. In vetere fr. g. lingua exstabat tantum *r* duplex (FAULDE: *Ueber Gemination im Altfranzösichen*, Zeitschr. für Rom. Philologie IV p. 542). Noster autem vel *r r* per unum *r* scribit, quia discrimen parum curat.

Notandum autem est nullum ex exemplis quae hic sequuntur laudari a GRÖBER (*A. L. L.* VII. p. 28—29) inter ea quae in vulgari sermone sunt duplicata:

aparuerit 5.29; *apennis* 14.21; 15.19; *acolabus* 7.11; 18.17, 31; 20.32; *acepi* 17.8; *redere* 17.12, 15;

Fortasse in compositis his duplex excidit, quia ultima est littera praefixi.

L duplex per unum *l* scribitur:
nulatenus 16.15; *N*: *anon* 14.5; *R*: *incurat* 25.12; *S*: *consignasit* 23.11; *conquasatis* 14.19.

Duplicatae sunt simplices.

dupplum 17.14; 18.4; 25.25.
dupplit 6.20.
Conferenda est scriptura *pubplicus* in Form. Arv. *pl* non magis valuit nostro quam *bl* nobis, vide § 32, ergo ad indicandam tenuis vim duplicatur.
deffensor 4.7;
per recompositionen atque confusionem cum *dis* assimilata (cf. diffundere) explicandum.
iddeo 18.12; *christiannorum* 21.26; ubi revera audiebatur duplex littera.
nihhil 17.4, Suspicionem movet quod *h* germanico more pronuntiabatur ut scriptura *nichil* (cf. § 41) arguit; cf. michi, ut fere semper in medio aevo.

M duplicatum:
simmelus 22.13 (= similis); *summus* 16.35; 20.29 [1]); *debiammus* 17.11; *venondammus* 13.9 (ita editor; codex = venondamus Rosière coni. venondavimus).
potemmus 24.16. [1])

L duplicatum:
contullicionis 14.16; *pertullerit* 14.25; *allote* 18.2 (sed 6.32 *alote*); *collebus* 7.2 (sed 6.32 *colebus*).

---

1) De formis quae sunt *summus*, *potemmus*, vide P. Geyer: *A. L. L.* II p. 46; merae sunt gallicae formae cf. Schuchardt I. p. 201.

R duplicatum:
inserrere 22.19.

§ 43. **4. De epenthesi.**

volumptate 7.35; 12.5.
cumpto 21.27.

Intercalatur *p* praesertim post *m;* quod iam in classica fit lingua cf. BRAMBACH, p. 248.

PARS II.

DE REBUS MORPHOLOGICIS.

DE NOMINE.

De Declinatione.

§ 44. Iam Gregorium Turonensem nonnumquam contra declinationum leges peccavisse notum est; ex quibus vitiis facile coniicias terminationum in declinationibus usum sensim paulatimque ex ore populi evanuisse; causa declinationis corruptae ac depravatae praecipua reperietur in cotidiana elocutione quae litterarum finalium pronuntiationem non amplius accurate distinguebat et observabat; consonantes *m* et *s* vigere desierant atque casuum discrimina negligere coepit vulgus hominum. Hac causa, quae mera est phonetica, accidit ut sermo latinus syntheticam dicendi rationem pro analytica dimiserit. Suffixis praefixa, praesertim *de ad,* substituebant; idem in verborum coniugatione auxiliaria adhibebant pro grammaticae classicae formis (cf. § 85); ita factum est ut ad casus gen. dat. et abl. indicandos terminationes solitae supervacaneae fierent. Restabant ergo duo casus, rectus et obliquus, qui in romanicis linguis per omne tempus discernebantur.

In enumerandis exemplis quae indicare debeant qualis fuerit

declinatio in formulis admodum est cavendum ne in errorem ducamus exemplis quae a praepositione pendeant.

Primum quia usus praepositionum atque casus quem regunt, ut in tertia parte de syntacticis rebus monstrabitur, penitus est mutatus, quod praesertim valet de praepp. in, de, ab, ad saepius inter se permixtis et confusis.

Deinde quia terminationis scriptura non semper ipsum casum repraesentat quem sibi cogitavit scriba. Vidimus de *um* et *o*, de *e* et *i*, de *es* et *is* inter se alternantibus, quae terminationes cum praesertim ad acc. et abl. attineant, intelligitur numquam pro certo statui posse utrum forma quae terminat in -o acc. sit an abl.; neque potest praecedens praepositio argumento adduci ut discernamus inter utrumque casum, nam discrimen evanuit inter *in* c. acc. et c. abl. inter *ab* et *ad*.

Accedit deinde quod librarius noster falsa analogia deceptus ubi plura vocabula sese excipiunt, omnibus eandem terminationem agglutinat; iam diu oblitus erat ea quae in ludo litterario didicerat.

V. c. *ad furtis condicionis* passim legitur pro: ad furti condicionis; de *-es* > - is noli mirari; *furtis* pro *furti* positum est non alia de causa quam assimilationis amore librarii; cum hoc exemplo confer:

Aut eredis seu propinquis nostris 17.2 = aut eredes seu propinqui nostri; *cum manus nostras roboratas* 17.5; *manus nostras firmatus* 10.20.

Sed iam de singulis declinationibus est agendum:

§ 45. De Prima Declinatione.

Prima declinatio cum apud Gregorium Turonensem et apud Fredegarium scriptura indicaretur, apud nostrum paene

intermortua est, in nullo casu non sentitur phonetica mutatio vocalium qua factum est ut *a* > *e* et *ae* > *e* occurrat.

Singularis:

Nom.	-a > -*e*	cf. § 2	*terre, inopie*
	-a > -*am*		*consuetudo longinquam* 16.26;
Gen.	-ae > *e*	cf. § 7	*cartole vide*;
Dat.	-ae > -*e*, *i*	cf. § 7	*nature, eterne*;
Acc.	-am > -*em*		*operem* 17.11;
Abl.	-a > -*e*, -*ae*	cf. § 7	*in tuae iure* passim;
			aeternae retribucione 11.8.

Notetur *-ae* in gen. scribi *-i* unde hoc tantum est derivansum eodem modo utramque vocalem esse pronuntiatam; cf. SCHUCHARDT: *Lat. u. Rom. Decl.* p. 159.

ae > *a* invenitur: *in fundo illa villa* 6.14; *vinia medio* 11.31;

Accusativus in -as legitur: *contra hanc epistolas* 23.33; *hanc noticia ...... roboratas* 9.10; *hanc carthola ...... roboratas* 15.16;

Confunditur cum acc. plurali: eodem modo explicetur:

Nominativus in-as: *Aut militans extraneas personas* 17.3; *hec volontas ... roboratas* 17.5;

De: *has convenencias ... teniat firmitate* 20.18 vide § 40.

Genitivus: *noticias* 14.17.34; 15.28; falsa analogia creatus est, praecedentibus omnibus gen. in-is, quod aeque valet de *vacuaturias* 14.16; 15.28 (*vacuaturiis* 14.34 = *vacuaturias*).

Pluralis:

Nom.	-ae > -*e*	cf. § 7;
Gen.	-arum	
Dat.	-abus, -is > -*es*	§ 10;
Acc.	-as	
Abl.	-is > -*es*	cf. § 10;

Prorsus ut in romanicis linguis apud nostrum invenitur nom = acc. in -as:

necligencias 5.27; 6.3; *culpas* 6.2; *haec epistola* (= hae epistolae) --*conscriptas* --*firmas permaneant* 7.25; *aliquas* --*mortas fuerunt* 12.15; *excorticatas fuissent* 12.18. cf. *oras.* App. I.

Invenitur forma in -abus: *acolabus* 7.11; 18.17,31; 20.32.

De *is* > *es* cum post vocalem tum post consonantem vide § 10.

Permutantur saepe -as et -is ita ut as > *is* et is > *as* occurrant:

-as > -*is*: *ad ipsis personas* 22.11; *ad traditis convenencias* 25.26; *sevis incisis* 15.32 (= incisas); *reliquis res* 14.32 (reliquas 15.1); *portissuas conquasatis* 14.19; cf. *potestis* (= potestas) 24.34;

-is > -*as*: *kalendas illas* 22.12,19; 25.32; *pluras* 15.2 (pluras terras = plures terras) cf. *volueras* (= volueris) 19.1.

§. 46. De secunda declinatione.

Singularis:

Nom. -us > -*os*	cf. § 13	*deos, ingenuos.*
Gen. -i > -*e*	cf. § 10	*domne, anime.*
Dat. -o		
Acc. -um > -*o*	cf. § 39	*ad ipso furandum.*
Abl. -o > -*um*	cf. § 39	*annum quarto.*
-o > -*u*	cf. § 16	*annu.*

Genitivus non tantum in nominibus propriis, sed etiam in subst. terminatur in -*o* (-*um*, *regnum* 4.3. *renum* 16.2).

per voluntate marterario nomen illo presbitero 21.29; *argento untias tantas,* passim. *argento ponda* 19.8; (cf. *auri libera una* ib.); *ad peticionem nudrido nostro* 24.14.

Unde apparet iam adesse casum obliquum universalem.

De nominibus propriis iam apud Gregorium Turonensem obviis vide praeter *Childeberto* 4.3, 16.2 in Appendice p. 128: *Theudorigo, Chlodoveo, Chlothoario, Childorico.*

Gen. forma: *pactis* = pacti 14.16,34; 15.28; confusione cum ceteris ibi positis nominibus orta est. De *furtis* = furti vide § 38.

Pluralis:

Nom. -i > *-e* cf. § 10 *male homines* 14.30.
Gen. -orum > *-um*
Dat. -is > *-es* cf. § 10.
Acc. -os > *us-* cf. § 13 *colebus* 6.32, *soledus tantus.*
Abl. -is > *-es* cf. § 10.

Gen. in -um: *sanctum* 11.11, 14 (cod. $\overline{\text{scm}}$); *vel omnium sacerdocium* 12.7.

Ut in prima -as > -is, ita in sec. -os, -us alternant interdum cum -is.

-os > *-is*: *vicinis circa manentis* passim; (*vicinus* 22.13).

-is > *-us*: *junctis et subjunctus* 18.18; *de annus* 8.11 (*annis* 8.19); *ab ingenuus parentibus* 11.9; *latruncolus* 15.23; *iuxta aptificantes sepedictis germanus* 22.11; *heredibus legitimus meis* 18.22.

De neutris vide § 69.

§ 47. De tertia declinatione.

Tertia declinatio ut prima prorsus romanicae iam est similis:

De nominativo sing. autem post ceteros casus videbimus.

Singularis:

Gen.	-is > *e*	cf. § 38	*genetore, genetrice* 8.17.
Dat.	-i > -*e*	cf. § 10	*magnitudine* 5.22.
Acc.	-em > -*e*	cf. § 39.	
Abl.	-e, -i > -*e*	cf. § 10.	
	-e > -*em*	cf. § 29	*legem fuit decreata* 19.4.

Pluralis:

Nom. -es > -*is*.
Gen. -um.
Dat., Abl. -ibus > -*ebus* -*is*.
Acc. -es, > -*is*.

Nom. et acc. plur. in -*is* hoc loco citantur:

Nominativus: *eredis* 17.2; *omnis* 4.24; *causacionis* 4.24; *parentis* 22.1; al.

Accusativus: *coticis* 4.6; *heredis* 19.2; *porcionis* 18.14, 23; *condicionis* 8.25, 35; *pluris* 14.32; *tris partis* 18.29; *iudecis* 14.17; *manentis* passim.

Dativus et ablativus plur. Pleruınque in -ibus > -*is* terminant:

ad meduantis bonis hominibus 7.1; *gestis municipalis* 19.9; *habentis* 20.33; *nobis pertractantis* 20.26; *gravis nanfragiis* 15.25; *reliquis quam plures bonis hominibus* 21.8.

Altera ex parte -is > -*ibus* occurrit:

metuantes bonis hominibus 17.20; *scripcionibus* 21.9; *gestibus oblecatus* 23.3.

Nominativus singularis non uno loco parum cognitus fuisse nostro videtur nec tantum ei, sed Fredegario quoque apud quem eadem notavit Haag.

Fere nulla nom. forma integra restitit; ex casibus obliquis

eam recudisse nostrum apparet; unde factum est ut nonnullae voces in aliam migraverint declinationem, aliae autem genitivi formam nominativo substituerint: v. c.

dotis (= dos) 16.1; *superestitus* (= superstes) 18.26; *superestitis* 18.12.

Ex altera parte, potissimum ubi analogia eum defecit, declinatione se abstinuit: v. c.

vir: ante venerabile *vir* illo abbate 8.2; homo: ipsi *homo* (nom. plur.) 15.9; coniux: domno mihi illo necnon et *coniux* sua (= coniugi suae) *ego illi*, 5.26; cf. 12.23.

Migraverunt ex 3a declinatione in 2am: *bracilo* 23.27; *exconmunus* 12.7; *minsus* 4.3; 9.32; *iocalus* 18.26; *simmelus* 22.13; *comus* 15.11; 14.28; (gen. autem *comite* 9.3); *subolus* 18.10; *pondus*: acc. *pondo* (= um.) 11.15; plur. *ponda* 19.8; acc. *pondus* (= - os) 21.4; *valento* [1]) 5.9; *valentus* (= -tos) [2]) 5.10.

Inlustris flectitur secundum 2am: dat. *inlustro* 14.28;
nom. occurrit: *inluster*, passim, fem. *inlustra* 20.25;
gen.: in terraturio vir *inluster* 16.33 cf. Appendix II.

Declinatione carent:

ingenuitas: in integra . . . *ingenuitas* 11.11 (= -tate) quod vitium est; solemnitas: et omne (s) *solemnitas* (= -tates) 15.29 fortasse explicatur vi praecedentis *noticias*. firmior *firmior* (firmiorem) obteniat effectum 19.9.

---

1) *Argente* (= argento) 9.23 propter praecedentem: *agente*. *Per ipso furte* 15.30 vitium est.

2) Sine dubio propter praecedentem et sequentes: *annolus valentus soledus tantus*.

§ 48. De quarta declinatione.

Aliunde satis notum est quartam declinationem cum secunda coaluisse; tamen ex formulis argumenta adducere non datur. Inveniuntur enim formae quae quartae sunt attribuendae v. c. *domibus* passim. Aliae formae secundam respicere videntur, v. c. *mano* § 16 sed phonetica potest esse haec scriptura; neque ex *intuitu* 11.37 concludere licet eam integram adhuc adesse, quod aeque phonetica est scribendi ratio atque *annu* (pro a n n o vide § 16). *Victo* 25.6; *vestito* 25.6 cum *o* leguntur .

Secundam sequitur declinationem *stati* 12.32.

§ 49. De quinta declinatione.

Quinta declinatio iam in classico sermone cum prima contaminari coepta est, quod apparet ex eiusmodi formis quales: b a r b a r i a, l u x u r i a, iuxta b a r b a r i e s l u x u r i e s.

Dies in abl. apud nostrum semel *dia* 22.22 scribitur.

De forma *diaei* vide § 25.

§ 50. De nominibus propriis.

In appendice I praesertim quae leguntur nomina propria, biblica omnia, praeter Moysen, Johannem, flexione carent.

Regum Francorum nomina in gen. sing. in *-o* terminant de qua re vide § 46.

§ 51. Hisce relatis unum restat, ut de iis referamus quae scripsit Karl Sittl: *Zur Beurteilung des sogenannten Mittellateins* in *A. L. L.* II p. 550-580. Caveamus ne in omnibus doctissimi huius viri auctoritati fidem tribuamus. Ei concedendum non est, quod iudicat pag. 560: *In Domino mihi*

iocali meo illo 4.20 fehlt *S* um den Vocativ kenntlich zu machen. Vocativus enim non est, immo dativus.

Ceterum eius conclusionem iam refellit BONNET pag. 399 i. c.

DE PRONOMINE.

§ 52. DE PRONOMINE PERSONALI.

Pron. pers. primae personae acc. saepius scribitur: *mihi.* Causa est quod me postquam pronuntiatione appropinquavit sono vocis mi, cum ea confusa est. Mihi iam apud Plautum una syllaba valet.

Abl°. sing¹. fere ubique additur pronomen quod est ipse: *memetipso* passim.

In plurali *nus* pro acc. et pro abl. occurrit.

De plur. reverentiae vide § 77.

§ 53. DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO.

Is, ea, id.

Id sunt, quorum 8.21; *id sunt, quod de presente fuerunt* 22.27.

Sine dubio comparanda est constructio quae francogallicae linguae propria est: ce sont des montagnes cf. DARMSTETER *Cours de Grammaire historique de la langue française* IV pag. 70.

Ipse, ille, iste.

Neutri formae in -d nullae inveniuntur.

De -os > -*us*, -us > -*os*, vide § 13; de *ille, ipse* > *illi ipsi* vide § 7.

Dativus in -*i* invenitur et in -*o* 5.26; 6.25.

Gen. formae in -*ius* doctae sunt neque intelliguntur, quo fit

ut modo suo loco legantur, 8.10; 14.3, modo prorsus sint vitiosae v. c. 14.5.

Hic.

Haec = *hae* 7.26.

Hunc pro *hanc* 22.27, *hanc* pro *hunc* 8.18 vitia sunt.

§ 54. De pronomine relativo.

Qui.

Cum cetera pronomina eodem modo, quo in classico sermone flectantur, relativum aberrat; longe enim simpliciores formas prodit; de quibus paene dubitas an revera in parte morphologica sint tractandae. Nam, cum constanter fem. gen. *quae* evanuisse appareat, plur. nom. nullas non ostendat formas, concludendum est non curavisse homines flectionem. Sed quia relativum semper praecedens substantivum respicit satius est de his in tertia parte agere § 88.

§ 55. De pronomine indefinito.

Aliquis.

Iuxta solitas formas inveniuntur 2ae decl. formae *aliquos* (= aliquis) 6.24; 17.17; *aliquo* (= aliquam) 6.24.

Fem. nom. sing.: *aliqua* 25.16.

DE VERBO.

§ 56. Mutationes quas verbum subiit in coniugatione, magna ex parte tractatae iam sunt, cum fere omnes sint phonetice explicandae: -et > -*it*.

Exempla repetere necesse non est; in priore parte ea citasse sufficiat.

Confusae videntur coniugationes 2a et 4a; exemplorum (§ 6) nonnulla supersunt in fr. g. lingua: *tenire*, *-plire;* ex quibus deducitur cetera *-e* > *-i* phonetica esse scribendi signa.

Quod aeque valet de *-etur* > *-itur;* exempla v. § 6.

De 1a et 3a confusis in participiis vide § 61.

Frequenter permutantur *-ent* > *-unt* et *-unt* > *-ent.*

-ent > *-unt: deberunt:* passim cf. § 40, *invenirunt* cf. *tenuntur* 8.3; 22.8.

-unt > *-ent: repetent* 17.5; *invenirent* 14.18.

De quibus formis parum constat: cf. HAAG § 79: Da sonst u und e auch in der Flection durchaus geschieden bleiben, wird wahrscheinlich, dass hier nicht lautliche Reduktion des u > e vorliegt, sondern ein Ausgleich der Endung.... Ein ganz sicherer Schluss lasst sich freilich hier nicht ziehen.

§ 57. DE IMPERFECTO.

Duo praebent formulae exempla imp. in *-bet*, unde in fr. g. ortum est *-vet.* Praeter unum quod iam aliunde attulit SCHUCHARDT I. p. 199 habebat > *habebet*, citavit GEYER: *A. L. L.* II p. 45, *reddebebet... redebibet* 8.5 sqq, loca admodum pretiosa.

§ 58. DE FUTURO.

Futurum in *-bo* iam in oblivione est; substituitur praesentis coni. forma; fere omnia exempla, citata § 7 (*eat* > *iat*) huius generis sunt futura, quibus addas: *valeas permanead debeat*, vel ex 1a: *perduret* 21.5.

Falsa ductus analogia noster *petiat* 15.35 = petet scripsit.

Verba 3ae conj. in praesentis coni. quod futuri vice fungitur modo in *-it*, modo in *-at* terminantur quod phonetice

explicandum esse videtur; ut inter *-as* et *-is*, inter *-at* et *-it* quoque haesitavit noster. Semel in pr. ind. *subiungat* 7.22 legitur.

Ex multis exemplis pauca sunt citanda:

5.35 *inferit - conponat - repetit - valeat - permaneat.*

6.10 *inferat - conponit - repetit - valeat - permaneat.*

7.25 *admittit - incurrit - - permaneant.*

12.6 *incurrat - accipiat - repetit - valeat - obteniat - permaneat.*

19.7 *inferit - exsolvat - obteniat.*

24.10 *admittat - conponat - repetit - valeat - permaneat.*

Conferantur quae hac de re disputaverunt Geyer *A. L. L.* II p. 44. Dräger *Hist. Syntax* § 139. Meyer Lübke in Gröber's *Grundriss* ed. 2a 1905 p. 478.

§ 59. De perfecto.

Falsa analogia causa errorum est quos commisit noster in perfecti formis.

Notum est latinitatem vulgarem perfectum in *-dédi* adamasse, quod ex indiciis quae postea in linguis romanicis videmus, apparet, idque iam apud auctores classicos hic illic sublucet (v. Meyer Lübke in Gröber's *Grundriss* ed. 2a p. 479, 480 i. c.).

Tamen apud nostrum: Spopondi servatum est. Vindedi, per-dedi autem frequenter occurrunt (v. § 7).

Per falsam analogiam *decrederit* 16.37 a decernendo confudit cum credidi a credendo.

Occisi 22.24; *-set occessisset* 22.14, formae sunt huic aevo propriae et communes v. Bonnet p. 423-424.

Invenirunt 14.19 (= invenierunt) prorsus convenit cum vulgaris latinitatis regulis v. Schwan-Behrens p. 194.

§ 60. De imperativo.

Forma unica imperativi in -to est servata: *dicitu* 5.21. Apud Fredegarium non occurrit talis forma.

De *cognusce* > *cognusci* cf. § 7.

§ 61. De participiis.

Participia praesentis terminant in -ans, ea quoque quae 3ae sunt coniugationis; in romanicis linguis restitit hic formandi modus, cf Nyrop II § 81.

annuante 7.16; *meduantis* 7.1; 18.8.

Scriptura inversa est: *sociente* 19.8, iuxta *sociante* 17.4; *negociens* 22.30.

Part. perf. pass. *Impendetis* 16.11 ab *impendendo* formata est secundum verba in -dédi -détum.

decreata 19.4 a *decernendo* ex confusione nata est cum *procreata*, quod frequenter in nostris legitur.

Fit ut part. in -ndus locum habeat part. perf. pass. v. c. *diligenda* 5.2; *possedendum* 18.19,31.

§ 62. **De verbis in -io.**

Verba in -io quae 3ae attribuuntur coniugationi in Rom. linguis i eliserunt, v. Meyer liibke *R. G.* II § 174; Suchier *Gr. d. Rom. Phil.* I. 608.

Apud nostrum exemplum praebet unicum:

facebat 21.14. Contra passim legitur forma qualis *faciendi, faceas* (pro *facias* 22.40) 22.34.

De verbi genere.

§ 63. De passivo.

Durativum passivi fere iam obiit; tempora quae compositione

formantur remanserunt, sed de his in syntaxeos parte dicetur, in quam fortasse relegandum esse id quod de utriusque generis verbi permutatione dicendum est iure suo aliquis contendet. Tamen aliqua ex parte ad grammaticam pertinet.

Permutantur act. et pass.:

Unum quem ipsi aput se reteniat et alium quem in foro puplico *suspenditur* 15.18.

Sanguinolento qui adhuc vocabulum non *habetur* 21.27.

De inf. permutatis parum licet statuere, cum act. legatur iis locis, ubi pass. expectatur, phonetica potest latere causa vel grammaticalis vel syntactica: v. c. *fieri et adfirmare rogavi* 23.34, nulli continget enucleare, utrum in mente habuerit scriba act. an pass. inf.; i > *e* frequenter occurrit v. § 10. Ex 3^{ae} coni. verbis nihil certae conclusionis lucramur, nam non ita in grammaticae regulis versatus est noster, ut semper sibi constiterit.

Part. act adhibetur part. perf. pass. loco:

Cognomenante 7.10; *noncupante* 21.10.

De *derelinquentis* 5.13 vide § 33.

§ 64. De deponentibus.

Ex eo quod passivum evanuerit, necessario sequitur ut deponentia suam formam non servaverint. Exstant tamen in formulis nonnulla; pleraque autem ut apud ceteros auctores activi formam produnt:

Adsentit 23.17; *conaverit* 5.35; 6.10; 11.3, 24; 12.6; 13.11; 19.7; 23.35; *furassit* 10.2; *furavi* 5.27; 10.4; *preco* 21.18; 22.30; *prosequere* 4.7; 9.10; 15.35; 21.20; 22.33, 39; *videras* 16.29.

De singulis verbis.

§ 65. Posso.

Posso = *possum* in App. I phonetice explicatur; cf. § 39.

Poterit 12.21, fortasse calami vitium est pro: *potuerit.* Sin minus ex eo exemplo unico derivare non licet scribae nostro cognitum fuisse inf: *potere.*

Potebat 13.23; 14.9 vera forma, ex qua fluxit a. fr. g. *poeiet.*

De verbis compositis.

§ 66. Inter composita nonnulla integram exhibent simplicis vocalem: *transagere, contenit, possedire, obteniat, oblegare. implecare, vindedisse, requaeratur* cf. § 7.

Alia autem classicam formam produnt: *excipit, residit, recipere.*

Alia denique contra classicum usum vocalem mutant: *etnerrare* cf. § 33, *depectum.*

Interdum utraque forma legitur: *excusare* 8.29 iuxta *excausare* 22.33; v. § 22.

Notum est in fr. g. lingua multa composita servavisse simplicis verbi vocalem cf. Nyrop I § 139, II § 11.

PARS III.

DE REBUS SYNTACTICIS.

---

§ 67. De rebus syntacticis non tam multa sunt dicenda atque de phoneticis vel de morphologicis, praesertim in iis capitibus, quae sunt de numero, de genere, de convenientia subi. et praed. in quibus argumentis pendemus e declinatione; vidimus hanc confusam esse terminationibus vocabulorum non amplius distinctis. Cum de finalis syllabae vocali agitur, quae in fr. g. lingua obmutuit, comparandi facultas cum illius linguae formis antiquis, quae utilis nobis erat in phoneticis, iam parum prodest.

Nonnumquam tamen comparando aliquid lucramur v. c. in formis qualis est: *cum integra amore* 5.2 unde apparet fem. gen. fuisse vocabulum a m o r; comprobatur lingua ant. fr. g., ergo non scribae est vitium, sed eius aetate sermo latinus vocabuli genus iam mutaverat. Eiusmodi comparatio nihil affert lucri in exemplo, quale est *facto noticia* 22.28. Ne enim concludamus genus vocabuli *noticia* mutatum esse cavendum est; hoc tantum inde derivare licet: scribae calami lapsum esse, quem socordia aut nimium recte scribendi cupido fefellit. Audiebat enim eodem sono *-a* et *-o*, dum autem sciebat sibi non scribendum esse quod auribus quotidie accipiebat, scientia male adhibita aliter peccavit.

Aliud exemplum huiusmodi praebent ea quae leguntur: *Stati nostri . . . meliorata valuerit* 12.32; *haec omnia superius nominata . . . habias concessum* 17.38, ubi syntaxeos concinnitatem parum noster curavit; causa autem omnium huiusmodi vitiorum cui addas: *dulcissema et cum integra amore diligendo iocale meo illo illa* 18.7, in quibus *dulcissema* ut *diligendo* dativum masc. repraesentat, ignorantia potius quam socordia habenda est.

Maioris momenti ea sunt, quae de sententiis inter se coniunctis produnt Formulae, de modo coniunctivo praesertim, qui magis magisque indicativo e sermone expellitur.

Licet copia verborum in formulis satis sit angusta nec, quia eadem saepius repetuntur, ea invenitur constructionum varietas, quam apud historiarum auctorem quemcumque reperies, tamen in Formulis pro hoc scripturae genere multa et varia insunt exempla singularum syntaxeos regularum; nonnullae tamen desiderantur.

In omnibus quae de syntaxi scripsi, semper consului librum quem scripsit DIEZ: *Grammatik der Rom. Sprache*, Buch IV ed. 5a Bonn 1882, pag. 763 sqq.

I. DE ENUNTIATIONE SIMPLICI.

A. DE NOMINE.

§ 68. 1. DE NUMERO.

Nomen collectivum pluralis sequitur vel singularis:

Pluralis: *curia . . . dixerunt* 4.15, 19; *resedere(nt)* 4.4.

Singularis autem: *post haec curia ait* 5.21;

Pluralis: *prulis . . . fuerent procriati* 18.15, 30; *de agnacione, qui de ipsis procreati fuerunt* 20.10.

Singularis autem: *acnacio . . . procreata non fuerit* 23.32.

De singulari forma: *valuerit* 13.32 cf. § 40.

Post subiectum, quod ex duabus partibus, quibus eadem designatur res, constat, sequitur singularis praedicati forma: *me eciam sterilitas et inopie precinxit* 10.31; *haec securitas adque volomtas mea firma permaneat* 19.20.

De plurali forma: *permaneant* 7.27 vide § 40.

De plurali reverentiae in pronominibus possessivis secundae personae adhibendis vide § 77.

§ 69. 2. De genere.

In latina lingua neutrum iam evanescere coepit ut postea in romanicis linguis quod ad formam attinet prorsus periit; de neutro remanente v. Michel Bréal, *Essai de Sémantique* 3e ed. Paris 1904;[1]) vel in classico sermone multa vocabula occurrunt quae iuxta formam in *-um* aliam in *-us* prodebant; de quorum frequentia iudicare licet ex multis libris quos de dubio genere scripserunt grammatici.

In Formulis leguntur:

iudicius 8.1; 13.15, 25; 14.1; *mandatus* 4.22; 21.17; al. *placitus* 9.18, 28; *dictati* 4.1; *monastirio . . . constructus* 20.26.

In plurali per falsam analogiam eodem modo declinantur quo 1ae decl. feminina quorum terminatio eadem est; postea

---

1) Scripserunt de genere neutro:

Ernst Appel: *De genere neutro intereunte in lingua latina* (Diss. Monacensis) Erlangen 1883.

W. Meyer Lübke: *Die Schicksale der Rom. Neutrums im Romanischen* (Diss. Zurich) Halle 1883.

H. Suchier: *Der Untergung der geschlechtlosen Substantisform* in: *A. L. L.* III p. 161 sqq.

prima romanica declinatio utramque verborum complectitur classem. cf. Schwan-Behrens p. 142.

hec facta nostra . . . firma permaneat 22.4; *ostias concapolatas* 15.32; *eologias feci* 6.3; *pratas, pascuas* 5.6.[1])

3ae quoque decl. neutra item flectuntur:

intullerabilias 15.22; *pro presente et futura tempora* 15.15.

Erravit noster in hisce:

animalia . . . excorticatas fuissent 12.18; *strumenta cartarum . . . quam plurimas* 14.15; 15.27.

Ex neutro in fem. videntur transiisse:

2de decl.: *hanc libellum* 16.3; *pro assidua servicio* 24.15; *liberam . . . arbitrium* 18.20.

3de decl.: *in tue iure* passim; *qualecumque operem legitema* 17.11.

Ex neutro in masc:

2ae decl.: *per hunc mandatum* 22.34; *hunc sacramento* 10.7.

3ae decl.: *de unus latus* 17.36, 37; *bracile valente* 5.9; *gravis damnos* 15.24.

Ex masc. in fem:

3ae: amor: *cum integra amore* 5.2, 16.27; 17.28; 18.7; cf. Bonnet p. 503 i. c.

1ae: *Persona* feminini est generis (cf. Diez p. 796) cf. 6.18; 16.6 cum 7.3.

Dies modo masc. modo fem. est generis 16.11, 13, 20 al.

Vitium latet in: *in taxata* 10.5; cf. 10.3;

---

1) Quibus exemplis possunt addi haec, quamquam a praepositionibus pendent: *in turmentas* 6.3 (cf. Brandt in *A. L. L.* V p. 288); *per suscripcionibus atque senacula* 22.8; *de reliqua mancipia vestra* passim; *pro adsidua servicia sua* 25.3; *pro furta quid feci* 6.3.

et filius Dei vivi terribilem meduendam 22.2; *ipso loco graviter devastada* 14.19; *inconcusso et inconvulso firmitate* 20.18; *per hunc loco sancto* 8.18, cf. 8.33; *dulcissima nepote meo* 16.16; *facto noticia* 22.28; *dulcissema . . . diligendo iocale meo illo illa* 18.7.

§ 70. 3. De singulis casibus.

Admodum difficile est ex nostris Formulis de singulis casibus quorum usus a classico differt, quaedam statuere quae cum romanarum linguarum usu concordent. Nam in omnibus iis, quae rite adhibita non sunt, phonetica mutatio inesse potest, vel vitium latere suspicari licet.

Praetereunda sunt exempla qualia sunt:

Non debiat esse *declinatam* 25.20, hoc est illa *rem* 13.28, quae siquis citare velit ut arguat acc. pro nom. adhibitum esse prorsus fallit ad phoneticam; pertinet quia in scribendo m additur, ubi potius abesset; quo referenda sunt ea quoque loca, ubi -os > -*us*, -us > -*is* facta sunt.

Neque plus licet perhibere de exemplis, qualia sunt:

Strumenta cartarum vindicionis . . . pactis 14.32 (= pacti) ubi ignorantia deceptus scriba contra grammaticam peccavit; quod identidem valet de: Christ*us* fili*us* Dei vivi terribil*em* et meduend*am* 22.2 prat*as*, pascu*as*, aqu*as* aquarumvae decursi*bus*, iunc*tis* et subiunc*tis* 5.6.

Talia serio tractare inutile est; argumento sunt scribam haud satis calluisse ut bene distingueret casus.

Genitivus magis magisque exprimitur ope praepositionis, quae est de cf. § 74.4, dativus ope eius, quae est ad: cf. § 73.1, , ablativus eius, quae est per cf. § 73.8.

Temporis spatium quod in classico sermone indicatur praepositionis ope, quae est per, in nostris formulis sim-

plici ablativo redditur: *perenni tempore* firma permaneat, passim; *annis singulis* 7.13.

Ablativus Absolutus apud Gregorium Turonensem (Bonnet, p. 559) et apud Fredegarium (Haag § 100) invenitur sub forma acc. quoque vel nom. Accusativi exemplum fortasse adest in: *Caus presentis* 9.18; contaminata est constructio in: *quos presens* 9.28 et *quos presentibus* 9.31.

§ 71. 4. De casibus post praepositiones.

Ex multis atque diversis modis quibus vocales finales mutatae sunt in declinationibus, haud facile statuere licebit aliquid certi de praepositionibus, quemnam scilicet regant casum.

Apud nostrum quaestio multo magis intricata est quam apud Gregorium Turonensem, de quo v. Bonnet p. 522 vel apud Fredegarium de quo confer Haag § 100, neque nobis continget numeris rationem indicare, quae inter praepositionem exstat atque nominis, quod sequitur, casum.

Obiter cf. § 44 hac de re iam disputatum est; addere licet nunc exemplum 25.5 *tercia vere parte reservans ad heredis propinquis;* num concludendum est *ad* abl. regere? Obstat *heredis*, quod autem aeque valere potest atque *heredibus*, cf. § 7. Sed aequo iure licet dicere *heredis* = *heredes, propinquis* = *propinquos* cf. § 46. Mihi autem praestare videtur haec coniectura, contaminatam esse constructionem; dicitur: *reservare aliquid alicui*, pro *dativo* autem occurrit eo tempore *ad c. acc.*; inde nascitur *ad c. dativo*, nam *heredis propinquis* secundum scribae consilium dativus est, etiam si grammatice barbarismus sit; cf. visum fuit *ad ipsis personas* 22.11.

Maxime autem discrepat ab antiquo usu *de unus latus* 17.36 37, quod quam maxime nostris linguis simile est.

Hoc monendum, discrimen inter acc. et abl. post *in* iam

evanuisse, inter *ad* et *in c. acc.* identidem; *aspecit ad illa* 13.18 (*in illa* 24.5); *ad coiugium* se coniuncxerunt 20.9.

Notatu deinde dignum est, quod pr. a b s q u e adhuc superest; *inter* adv. est; *inter ... et* = *cum ... tum*, *et ... et*, e. g. *inter tibi et fisco* passim. Mansit in fr. g. ant. lingua: *entre granz et petiz* (VILLEHARDOUIN v. GASTON PARIS et A. JEANROY *Extraits des chroniqueurs français* 5a ed. Paris 1902 p. 81 i.c.)

Quod fortasse hebraismus est. In lingua hebraica enim praepositio quae significat *inter* בין pro adverbio quoque adhibetur sensu laudato cf. GESENIUS *Hebr. u. Aram. Handwörterbuch* s. v.

B. DE PRAEPOSITIONIBUS.

§ 72. Eadem quae annotavit BONNET de praepositionum usu apud Gregorium Turonensem, valent de Fredegario atque de Formulis; magna ex parte eiusmodi exempla, in quibus usus a classico discrepat sermone, inveniuntur in *Lege Romana Uticensi*, quae collegit L. STÜNKEL [1]).

Parum attinet enumerare omnia atque numeris repraesentare rationem singularum praepositionum, cum in formulis eadem semper adhibeantur dicendi genera quae repetuntur iisdem fere verbis.

Hoc autem constat discrimen inter acc. atque abl. nostrum plerumque effugisse; parum patet, utrum accusativum velit scriba an ablativum propter horum casuum similitudinem, ex phoneticis ortam. e. g. 4.14, *in dulcissemo iocali meo fici*, eodem iure accusativum in mente habuisse nostrum contendit quis atque ablativum.

De iis quae cum classico usu congruunt, dicere supersedeo.

---

1) Jbb. für Philologie Bd. 8 1875—1876.

§ 73. De praepositionibus cum (cl.) accusativo.

1. Ad:

cf. Diez *Gr.* p. 876. Bonnet p. 582.

Ad = Apud:

ad meduantis bonis hominibus 7.1.

cf. Schmalz *Lat. Gr.* p. 441.

Ad = fr. g. à.

noticia ad supradicto iudicio 8.14; *ancilla ad illo* (= illius) 20.9, cf. fr. g. la fille à Papa.

Ad = dativus.

ad heredis propinquis reservans 25.5; 19.2; *ad pare suo admittat* 7.25; *vindicio ad homine* 10.19; *ad eos dedissi* 21.12; *ad ancilla . . . recipiat* 20.11.

Admodum frequenter adhibetur eo sensu praepositio.

Ad = in, de tempore futuro vel de persona:

ad die filicissimo nupciarum 5.7; *ad specie sua direxit* 9.16; *scribere ad dulcissema sponsa mea* 16.3; *proscribo ad esponsa mea* 23.20, 21; *ad coiugium copulavit* 25.18.

Ad c. gerundiv. (part. in -endus) occurrit sensu finali: *ad excolendum* 19.1; *ad ipso furandum* 10.4 cf. 15.5; 22.15; 11.35.

Nonnumquam abest *ad:*

accipiat relegendum 4.20; nisi fortasse inserendum est *ad*: *accipiat* < *ad* > *relegendum.*

Cum *d finale* admodum debile sit (cf. § 33) eodem modo pronuntiabatur *ad* atque *a*, quae scriptura in formulis non occurrit; invenitur autem in *L. R. U.* vide Stünkel p. 630. Valet de praepositione quae est *ab* idem; quo facile est factum ut inter se permutarentur.

ab > *ad*:

ad die filicissimo nupciarum, hoc <est> ad die presente 17.38; *petiat ad ipsius vicinus et judice* 15.35; *ad latruncolus* 14.24; *eatenus ad iucum* 11.38.

Contra:

ad > *ab*:

visum fuit ab ipso abbate 13.31; cf. 13.20.

2. Apud.

Non solum id exprimit alterum alteri esse vicinum, sed fungitur vice praepositionis quae est cum; quacum saepissime alternat.

Cum = *aput*:

aput se reteniat 15.17; *jurare aput homines* passim; *litem habuit aput illo* 6.32, 7.2; *homo aput femina .... interpellaverunt* 13.26.

Aput > *cum*:

cum Christo accipiat misericordia 11.7.

3. Contra, Econtra, Incontra:

Contra cum acc. semper iungitur, quorum exempla praesertim in formularum fine admodum sunt frequentia:

Contra hanc vindicione. contra pare suo etc. *Contra parentis meus vel contra cuiuslibit hominum* 4.27.

Econtra 9.22 (*haccontra* 9.4; *heccontra* 9.13; *aecontra* 4.13; *aeccontra* 23.8) compositum est ex e et contra (cf. transcontra, decontra, incontra, acontra). Servatum est in vet. hisp. *escontra* cf. prov. *excontra*. Diez p. 897, cf. Carl. Hamp, *Die Zusammengesetzten Präpositionen im Lateinischen A L. L.* V. p. 350 sqq.

In contra occurrit 24.6.

4. Circa:

Circa eandem habet vim quam *in* c. acc. vel *erga* in classico sermone.

Propter . . . servicium, *circa me inpendetis* 16.11.

5. Infra:

Infra locum obtinuit quem *intra* habebat, vide BONNET p. 587, STÜNKEL p. 631.

In Formulis legitur *infra* = *intra*:

infra muro Andecavis constructus 20.27.

Intra legitur: *ego illa intra* 18.24 cui loco ZEUMER annotat: lege: *infra;* correctione autem mihi videtur opus non esse nam pro scriptura inversa habendum est.

6. Inter:

Inter = fr. g. *entre*: si prulis *inter nus* non fuerent procreati 18.15, 30. Convenit *inter illus et illus* 24.1.

Inter adv. locum tenet, v. § 71.

inter tibi et fisco conponere debiat; passim.

Inter = intra: *inter annus tantus:* 10.25.

7. Iuxta:

Iuxta de loco adhibetur sensu proprio:

iuxta kaso illius 17.33; cf. *iuxta vicinitatem*, Liv. 39.9, 6.

Iuxta idem valet atque secundum:

iuxta consuetudinem 4.4; 5.3; *iuxta quod* iudicius ex hoc loquitur 8.18.

Iuxta adv. loco adhibetur:

iuxta ut superios contenitur depectum 18.24.

Per:

Per locum designat ubi factum sit aliquid, cf. Diez p. 891; *per deversa loca* 16.29; *per sua menata* 12.14; *per manibus* 4.19.

De tempore: *per nocte* 14.14; 15.25; *per cecata nocte* 14.30.

De ratione atque modo: *per suscripcionibus atque senacula* 22.7.

per = abl. instrumentalis, praecipue, ubi de rebus agitur: *per lege emendare* 13.34; *per quem . . . ris suas domenavit* 15.29; *per cartole textum volomtate conscribire* 18.11; *per maleficio interfecisset* 9.6.

per = a c. abl., ubi de personis agitur: *per malus* 15.22; *per captores et rabaces* 15.23.

Distributive: *per singula* 15.1.

In iurisiurandi formula:

Per hunc loco sancto passim.

Concinnunt omnia haec cum iis quae enumeravit Bonnet p. 590 cf. Schmalz p. 298.

9. Post:

Post = cum.

post se habere 8.26, 35; 10.3; 13.28; 19.15.

10. Super:

Legitur eodem sensu quo fr. g. *se venger sur*: *Colebus super eum posuit* 6.32.

De loco dicitur:

Super territurio 8.20, 21; 11.31; *super altare* 8.16.

11. Insuper:

insuper multa legis damnum incurrat 11.15.

12. Usque:

Semper cum ad coniunctum legitur 9.7; 23.11 cf. Appendix, p. 127.

§ 74. 2. De praepositionibus cum (cl.) abl.

1. Ab:

De mutatis praep. *ab* et *ad* vide § 73 sub 1.

Praefert noster praepositiones, quae sunt *de* et *ex:*

Legitur praeter exemplum, quale: *accipere a vobis* 5.31 (cf. *de vobis accepi* 17.8) coniunctum cum part. in -endus:

a nobis diligendo 16.28; *a me fuit possedendum* 18.19, 31.

Cum part. perf. pass.

ab ipsis viris fuit denonciatum 21.13.

2. Absque:

Absque = sine.

Absque ullius contrarietate 7.15; *absque preiudicium sancti illius* passim.

3. Cum.

Cum indicare vult noster vicinitatem, saepe *cum* adhibet: *cum sequentis tantus* 5.11; 23.26.

Frequenter pro *apud* in usu est (vide § 72.2).

Cum = apud:

res vestras micum abuero 11.32.

qui cum eo aderant 22.7 passim.

Sine dubio cognitio linguae qua scriptum est Vetus Testamentum magnam vim exercuit ad confundendas has praepo-

sitiones; ibi enim uno eodemque redduntur vocabulo, quod est עם. (v. GESENIUS *Wörterb.* s. v.). [1])

Cum pro ablativo:

cum integra amore 5.2; 16.28; 17.28; *cum manus nostras roboratas* 17.5; *cum lege Aquiliani . . . esse inconvulso* 17.6; *cum stipulacione subnixa* 24.22.

Satis frequenter conjungitur cum: *una.* e. g.

una cum volumtate 5.3; *una cum genetore suo* 8.25; cf. 9.5; *una cum hominis suis* 9.24 (bis); *una cum iudice* 24.31.

Francogallis hoc comitandi sensu in usu est: *simul* cf. DIEZ V. p. 890.

4. De.

De admodum frequenter apud nostrum invenitur atque maxime eo sensu quo nunc etiam ex romanicis linguis nobis notum est [2]).

Ab = *de*:

accipere de aliquo (cf. § 74.1) 14.10; 25.30; *de manum usque ad vesperum* 23.11; *de eo tempore usque* nunc 15.12; *de uno latere* passim; *de ac luce* 18.13,25.

---

1) De qua re ne mireris; quod enim animadvertit BONNET p. 591 de praepositione quae est *post*, eodem modo explicari et potest et debet. Un emploi qui parait être tout à fait étranger à la langue ancienne, c'est *post* avec des verbes comme *ire* etc., signifiant à la poursuite de, vers, comme quand nous disons: courir après quelqu'un.

Hebr. praepositio אחרי significat *post*, dictum de tempore v. Gen. 15. ; 22.1,20; 23.19; 32.21; eadem autem praep. post verba eundi semper adhibetur sensu sequendi v. c. Gen. 24.61; 32.19,21 (ecce eum post nos = sequitur nos). Quid facilius atque simplicius hunc usum explicat quam si sumimus in vulgarem linguam ex biblica irrepsisse hunc loquendi vel scribendi modum?

2) cf. KÖRTING: No. 2760. Comparandus est liber, quem scripsit OTTO RÖSSNER: *De praepositionum Ab, De, Ex usu Varroniano.* Diss. Halis. 1888.

de ipsis procreati fuerunt 20.10 (cf. *inter* § 73); *de annis* 30, 8 passim.

De pro genit.

vindicio de terra conducta passim; *caucio de vinia* 11.27; *securetas de rapto* 19.28.

De pro gen. partitivo:

ullus de heredibus meis passim; *de rebus nostris aliquid* passim; *de ris vestras soledus tantus* 6.4.

De ad valorem indicandum:

inauris de soledus tantus annolus de soledus tantus bracilo de soledus tantus 23.26.

Quocum conferas: *bracile valente soledis tantus,... inaures aureas valente soledus tantis, annolus valentus soledus tantus* 5.10.

De ad originem indicandum:

de cumpto populo parentes... invenire 21.27.

Annotanda sunt haec quoque:

facere de in: *de memetipso ... de reliqua mancipia vestra ... facere,* passim.

mallavit *de res suas* 6.25;

De = ex:

de agnacione aut de conparato 8.7.

5. Ex.

Ex alternat cum *de* ad indicandum gen. part. sed longe rarius adhibetur.

unus ex nus ipsis 249, 30; *ex alote parentum* 4.25; *ex aloto parentum ... vel de qualibet contractum* 18.14.

Ex = de.

appennis ex hoc 15.17; *ex hoc noticia* 10.15 (= de hac re); cf. *ex hoc conperti* 15.8.

6. Pro:

Pro significat modo propter vel ob modo causa c. gen.

Pro amore dulcitudinem 16.4 (= *propter* 16.11, 19); *pro nostris peccatis expiandis* 21.1; *pro anime suae conpendium* 20.22; *pro infestantis malis hominibus* 24.18.

Pro eo quod = *quia* 8.16; 19.14.

§ 75. 3. De praepositionibus, quae (cl.) cum acc. tum abl. regunt.

1. In:

Haec praepositio iisdem prorsus loquendi figuris occurrit atque in classico sermone; discrimen autem inter acc. et abl. paene evanuisse videtur.

In Christi nomen 4.1 (= nomine).

in dulcissimo iocali meo 4.14 (= dulcissimum iocalem meum).

2. Sub:

De hoc quoque praepositione nihil est quod addamur.

Sub ingenuetate nomen 8.18 (= nomine).

§ 76. 4. De Duplicibus Praepositionibus.

Haag § 107 in Fredegario suo invenit deinter.

In nostris autem formulis occurrunt, praeter composita citata § 73.3 *econtra, incontra*:

Ut *de ab* hodiernum die 6.16; *tam et in, si necessitas fuerit, ad palacio* 22.40.

In ultimo exemplo vitium latet; de priore *de ab* v. Körting nº. 2760.

C. DE PRONOMINE.

1. De pronomine personali.

§ 77. Francogallis cum de rebus agunt, pronomen in usu est ad gen. indicandum: *en,* lat. *inde* = *ex illis* (rebus).

In formulis nostris eo sensu legitur *exinde*, quod vocabulum conglutinatum esse videtur ex *inde* atque *ex* (illis rebus sc.): Accipit *exinde* argento tantum: proinde mano mea et bonorum < hominum > firmata tibi *exinde* dedisse 19.15, 16; quicquid *exinde* . . . elegeret 20.36; ipsa femina tertia parte *exinde* habeat 25.24; cf. *ex hoc* noticia accipere 10.15 § 74.5.

Pluralis reverentiae. *Vos* (et *vester*) de singulis dicitur personis quae propter nobilitatem vel auctoritatem sunt insignes:

Domino mihi proprio . . . pietas *vestra* . . . de ris *vestras* . . . vobis emittendam curavi 6.4 sqq. Vindedi ad venerabile fratri et accipi a *vobis* precium 6.15.

In prima persona pluralis nonnumquam adhibetur verbi plur. semel vel post praecedens *ego:* quem *ego* fieri *rogavimus* 12.31.

Pro pronomine substituitur *persona* vel, ubi de rebus agitur, *causa* vel *corpus;* ego vel qualibet . . . *persona*, passim; nec misso in *persona sua* direxit 9.8; nec *nulla persona* ad specie sua direxit 9.16,26; *de hac causa* quietus et securus resediat 19.16; tris partis *de omne corpore* facultatis meae 18.27.

Contaminata est constructio:

haec omnia (superius nominata) *res* 5.12; 17.33; 23.27; (*rem*) 32.

2. De pronomine possessivo.

§ 78. Pronominis personalis dativus pro possessivo legitur: Domino *mihi* iocali meo 4.23 cf. 5.26.

§ 79. Pronomen reflexivum. Distinctio quae est in classico sermone inter pronomen reflexivum atque gen. pron. dem. eius vel eorum, prorsus negligitur, quod proprium est Galliae latinitati v. Geyer *A. L. L.* II p. 34 sqq.

Permutantur *suus* et *eorum* (vel *eius*).

Eorum > *suus:*

Domno mihi illo necnon et coniux (= coniugi) *sua* ego illi 5.26; ostia *sua* . . . paritis *suas* 14.18.

Suus > *eorum:*

Qui ipsi . . . placetum *eorum* . . . visi fuerunt custodisse 9.7, 10, 14; *eorum* manebus roboratus 15.16; manibus *eorum* propriis 15.36.

3. De pronomine demonstrativo.

§ 80. *Hic* saepissime coniunctum invenies cum *ista:*

contra *hanc* securitate *ista* passim; *hec* vindicio *ista* 6.20 cf. 7.5.

Is, *ea*, *id* > *hic: hoc*, quod espoponderunt 23.12.

Ille articuli loco adhibetur ita frequenter ut vix exemplis opus sit. Praesertim in usu est ad substituendum nomen proprium quod in veris formulis esset inserendum; *Ego enim illi* passim.

Ipse cum *ille* coniungitur: *illi ipsi,* passim; deinde pro *is*, pro *idem*, pro *hic* occurrit.

Ipse = idem: Similiter in alio loco dedit illi super *ipso* terreturio 7.21; vicinis circa manentis ad *ipso* loco convocare 15.31.

Ipse = is: Denegabat quod *ipso* iumento post se numquam habuisset 8.26; et quod ... *ipsi* annis ... conpliti fuerunt 11.34; nam *ipsa* illa femena ad *ipso* placito adfuit et *ipso* sacramento menime recipere voluit (l. noluit) 10.13; quod *ipsa* causa taliter acta ... fuisset 15.6;

ipsius = eius: (suus cf. § 79) petiat ad *ipsius* vicinus 15.35.

4. De ceteris pronominibus.

§ 81. De relativo vide § 88.

Aliquis, quicumque, quislibet nihil offerunt notatu dignum.

Tantus in plur. pro classico tot adhibetur:

tantus soledus, modius, homines, anni, passim cf. Dräger § 53.

D. DE VERBO.

1. De temporibus.

§ 82. In posteriore latinitate cum sensim paulatimque evitari coeptae sint passivi durativi formae, pro iis perfecti formis sunt usi auctores; pro eo quod est: amatus est dicebant: amatus fui; qua de re uberrime disputavit K. Foth: *Die Verschiebung der lat. Tempora in den Rom. Sprachen* (Rom. Studien II. 1877, p. 243—355).

In Formulis nostris frequentia inveniuntur exempla:

ipsi illi taliter locutus fuit 8.5, 12, 16; *visi fuerunt custodisse* 9.7; *taliter visum fuit ab ipso abbate* 13.31; *interrogatum fuit* 12.15.

2. De modis.

§ 83. De infinitivo:

Inf. pass. > *inf. act.* Post verba sentiendi vel declarandi inf. act. adhibetur in iis quoque, ubi subiectum-accusativum non congruit cum verbi iubendi subi.; quod non ex 1^{ae}, 2^{ae} vel 4^{ae} potest deduci, cum ibi phonetice poterat explicari *i* > *e* v. c. dotem ... iobeatis ... *recitare* 4.19; decrevit ... *adfirmare* 23.4.

Apparet autem ex 5.15: cessione, quem ego in te bona volumtate *conscribere* rogavi; 22.24 parente ... *interfieere* rogasse.

Fieri pro verbi quod est *facere* passivo semper retinuit noster.

Eum activum non sprevisse apparet ex 15.35: ut melius possit appenne ... *prosequaere* et *adfirmare*.

3. De participiis.

§ 84. De Gerundivo: Gerundivum locum tenet part. perf. pass. e. g. cum integra amore *diligenda* sponsa mea 5.2; 17.28; *tradendi* fuit 19.30; sicut a me fuit *possedendum* 18.19.

Gerundivum, praecedente *ad*, finalem habet sensum:

cui caucione dederis *ad exagenda* 17.15; 25.36; consentanius *ad hoc faciendum* 22.15.

Omissa est praepositio:

accipiat *relegendum* 4.20 v. § 73.1.

4. De verbis auxiliaribus.

§ 85. 1. *Habere* c. part. perf. pass. admodum frequenter in formulis invenitur.

Ratum habere v. c. me *habiturum* esse *ratum* 21.22;

mei in omnibus *habitaturis* (L: me . . . habiturum) tibi essit cognuscat *ratum* (L. esse cognuscas) 23.1;

Iurisconsultis est proprium; exempla apud auctores Ciceronem Livium Plinium collegit THIELMANN *A. L. L.* II p. 538;

Cognitum habeo: dum non *habetur incognetum* sed pluris *habitur cognitum* 17.29.

Sponsata habeo: qualiter te . . . *sponsata visi sum habire* 17.30; item ad iuris consultorum terminologiam pertinent.

Cetera exempla:

Sed *abuit* pietas vestra *datis* de ris vestras soledus tantus 6.4;

Sacramento quem *iudicatum habui* 22.26;

aliqua femina . . . *abuit interpellatus* 10.11; *abuit interpellado* 17.18; qualiter aliquos homo . . . aliquo homine caucione *inmissa habuit* 10.24.

Post sextum saeculum admodum vulgatus est huius loquendi formulae usus. THIELMANN accurate investigavit exempla: Nach Analogie von commendatum habeo = mihi c. est, prägt der Sprachgebrauch in Gallien seit dem 6 Jahrh. bestimmte Formeln aus, in denen für habeo nach der Umwandlung aus mihi est der Begriff des Besitzens mit grosser Bestimmtheit hervortret: (p. 547) cf. BONNET p. 689 sqq.

§ 86. 2. Debere c. inf. adhibetur pro *imp. conj.* vel *plqpf. conj.* Ut tibi aliquid . . . concidere *debire*(m) 17.31; nisi ut integrum statum meum . . . *debiam* implecare 5.28. qui ipso placito custodisset aut sonia nonciare *debuissit* 9.17.

E. DE NEGATIONE.

§ 87. In simplicibus enuntiatis negatio est non: quod futurum esse *non* credo 7.3, quod repetit vindicare *non* valeat 11.4, aut nihil: quod repetit *nihil* valeat vindecare 7.5.

Ubi plura verba negativa sese excipiunt, coniunguntur vocibus: neque vel nec: *neque* ... *neque* ... *nec* 20.2, *non* ... *nec* ... *nec* ... *nec* 22.24.

Necnon affirmat; litoten praebet. Notandum autem est quod semper sequatur *et,* unde tautologia oritur; sed iam apud VERGILIUM occurrit: Georg. 3.72, Aen. 5.352, 4.140, 5.100, 6.595, 8.345. [1])

Adverbia vel pronomina quibus inest elementum negativum per se non sufficiunt ad indicandum negativam esse sententiam; additur semper *non* vel *neque.* Valet hoc de verbis quoque quibus inest vis negativa: *nolle*, *denegare.*

Licebit exempla paullo uberius citare cum duplex haec negatio vulgari praesertim linguae propria est: cf. DIEZ p. 1074.

8.35 *nec* ipso iumentum *numquam* habui *nec* per meum *nullum* ingenium ipso iumento *numquam* perdedit; *nec* aliut tibi de hac causa *non* redebio *nisi* isto edonio sacramento.

9.15 *nec nulla* persona ad specie sua direxit.

10.26 *minime* invenire *non* potuerit.

10.13 nam ipse illa femina ... ipsa sacramento *menime* recipere voluit (*L. noluit*).

17.23 ut *nullumquam* tempore contra ipsis *nulla* calomnia *neque* repeticione facere *non* debio.

20.2. *neque* illi *nequae nullus* de heredibus suis *nulla* calomnia *nec* repeticione habere *non* debias.

14.7. dum hoc *denegabit* quod ipsas convenencias *numquam* habuit.

---

1) cf. ARNTZENIUS ad Aur. Victorem p. 18 quem exscripsit KUBLER *A. L. L.* VIII p. 181; cf. EMORY B. LEASE *A. L. L.* X p. 390.

Comparanda est cum hac abundantia ea quae legitur: *tam* ... *quam et* 4.10, 24; 22.40; *seu et* 72; 8.17; 14.15, 17, 18; 15.29, 33; quam WOELFFLIN vulgari sermoni proprium esse contendit.

II. DE ENUNTIATIONE MULTIPLICI.

1. De pronomine relativo.

§ 88. Relativi pronominis mentio iam facta est § 54.

Post fem. subst. semper masc. sequitur:

Carthola, *qui* 15.15; persona, *qui* passim; noticia, *quem* 21.6; ingenuetate, *quem* 11.13; 12.5, epistola *quem* 15.9; illa blada, *quem* 11.32 al.

In plur. post omnia genera sequitur *quod* (*quid*):

divina omnia ... *quod* 7.18; 8.34; pro furta, *quid* feci 6.3; convenencias *quod* 14.6; de heredibus, *quod* 12.4.

Ex quibus exemplis hoc derivandum est ita tritum fuisse rel. pron. ut ubique pronuntiaretur eodem modo, quo fr. g. *que*. cf. Meyer Lübke III § 613. Itaque in scribendo discrimen ubique facere difficilius erat scribae nostro; quo factum est, ut nulla forma magis permutetur quam pr. rel.

Sequitur deinde, ut hic illic confundatur praedicati numerus: v. c. 4.12 porci*ones* me*as*, *quem* obven*it* vel obvenire deb*it*.

§ 89. De relativo dissoluto.

Vulgari fr. g. sermoni vel hodierno hoc proprium est ut pro relativi praesertim dativo adhibeat auctor acc. relativi quem sequitur dat. pr. personalis vel demonstrativi.

Huius dissolutionis Formulae exemplum praebent:

hominem, *quem* ego beneficium *ei* feci argento uncias tantas 21.19.

Suspicari licet hanc construendi rationem hebraismum esse atque ex versione Itala in sermonem effluxisse vulgarem; conferantur loca qualia Eccl. 5.18; 6.2; sin minus, congruentia nimis est memoratu digna quam ut eam praetereamus.

Scripsit hac de re J. J. SALVERDA DE GRAVE, *Spreek- en schrijftaal in Frankrijk* in Taal en Letteren XIV 1904 p. 6.

2. DE SENTENTIIS OBIECTIVIS.

§ 90. Post verba sentiendi vel declarandi in classico sermone sequitur constructio quae dicitur: accus. c. inf.

Huius constructionis nonnisi pauca supersunt in Formulis exempla; praevalet usus coniunctionum, praesertim quod, quia, de quibus dicendum est.

Modus non semper coni. est; admodum frequenter ind. legitur post has coniunctiones.

De causis huius mutationis disseruit C. SNEYDERS DE VOGEL *Quaestiones ad coniunctivi usum in posteriore latinitate pertinentes*. (Diss. in. Leiden; Schiedam 1903).

Communis autem omnibus auctoribus posterioris latinitatis constructio est, qua de re vide pag. 94 sqq.

Nom. c. inf. pro acc. c. inf.:
utique cotic*is* publ*ici* pat*ere* iobeatis, 4.6.
Indic. pro inf.:
noveris . . . precipimus 11.7.

Quod c. ind.:
locutus fuit quod . . . habuit 14.7; *denegabit quod . . . habuit* 14.8; *coniurare quod . . . numquam furavi* 10.3; *cognitum est quod . . . mallavit* 19.22.

Quod c. coni.:
excusare quod . . . habuisset 14.9; *cognoverunt quod . . . fuisset* 15.6; *coniurare quod . . . fuisset* 10.4; *dedit respunso quod . . . fecessit* 13.19.

Eo quod:
suggerent eo quod . . . advenissent 14.30.

Qualiter c. ind.:
Non abitur incognetum *qualiter . . . se coniuncxerunt* 20.8; Dum non habetur incognetum sed pluris habetur cognetum *qualiter* te sponsata visi *sum* habire 17.29; noticia *qualiter* passim.

Quasi c. coni:
dicerit *quasi pervasissit* 21.11, cf. 17.18; dicebat *quasi interfecissit* 22.8; interpellabat *quasi fossadassit* 13.18, 14.2.

Ut c. ind.:
ut concordabant 15.10.

Contaminata est constructio:
me constat . . . *debiam* esse rediturus 17.15; constat *me accipi* 19.29.

Quia c. ind.:
incognitum non est *quia . . . posuit* 6.31.

3. De constructione paratactica.

§ 91. Ut omittitur:
Convenit multa(m) inser(e)re debiamus 24.18; *visum fuit daret homines tantus* 13.32; *in qua perpetratum fuerit perhibitur* 14.26; *petiit, . . . accesserunt* (= *accesserint*) 14.20.

4. De sententiis interrogativis.

§ 92. Interrogationis sententia indirectae ind. habet pro classico coniunctivo:
interrogatum fuit *sic* (= si § 31) ipsas vinias . . . *fuerunt*

anon 14.5; interrogatum fuit ... de sua agnacione ... *habebat* anon 8.6; quid exinde cognus*cibant* veraciter enerrare deberent 15.8; quae supra memora*vimus* 15.33; interrogaverunt si *abebat* homines 13.29.

5. De sententiis conditionalibus.

§ 93. Si c. imp. ind. ut in fr. g. lingua legitur:

Si hoc facere *potebat* 12.20; 13.23; 14.9; si ... *inclinatur* 25.22.

Multo autem frequentius fut. exactum sequitur post si:

si quis ... *presumpserit, conaverit, fuerit,* passim; sententia capitalis futurum habet: *inferit, conponat* (§ 58).[1]

Identidem in sententiis negativis legitur fut. exact: sin autem non *potuerit* 13.23, 35; 14.9.

Semel futurum occurrit: sin autem non *poterit* 12.21.

6. De coniunctione cum.

§ 94. *Cum* in Formulis nostris haud ita frequenter invenitur.

Longe frequentius adhibetur: *dum.*

Dum pro cum in usu est, quod modo c. ind. modo c. coni. adhibetur.

Dum c. coni.: dum dice*rit* 9.5 al.

Dum c. ind.: dum inquirere vid*itur* 25.7; dum ... vid*eras* 16.29; dum ... non rede*bebat* 8.9; dum ... rede*disti* 10.27; dum cognitum *est* 19.22.

---

1) Cf. H. Blase *Futura und Koniunktiv des Perfectum A. L. L.* X p. 313—343.

7. De consecutione temporum.

§ 95. Plusquamperf. coni. pro imp. coni. ut per totam medii aevi latinitatem, saepissime in nostris Formulis occurrit:

direxit . . . qui *debuissit* 9.8; . . . *custodisset* aut . . . *debuissit* 9.17; cf. qui *custodisset* aut . . . d e b e r i t 9.27.

8. De coniunctionibus repetitis.

§ 96. Artis sententias iungendi, qua optimi aevi auctores praeter alia callebant, vestigia in Formulis nostris frustra requires; saepius quam pro ratione necessarium videtur ea adhibetur figura quam anacolouthon dicimus, ut nempe sententiam quam coepit, alio modo finiat quam ab initio in animo habuerit auctor.

Exempla quaedam citare liceat qualia et in *Lege Rom. Uticensi* invenit Stünkel p. 593.

si quis, vero, que esse non credo, *se* fuerit 6.17; *si* quis, quod futurum esse non credo, *si* fuerit unus 12.3; noveres te . . . tibi absolvemus 11.37; *si* quis vero *si* fuerit aut nus ipsus . . . 12.30; *si* fuerit aliquis qui . . . qui contra . . . 18.4.

CONCLUSIO.

His exemplis enumeratis atque ordine examinatis, aliquatenus statuere licet quid de Formularum Andecavensium latinitate iudicandum sit; nempe elocutionis naturam eandem esse quam in aequalium documentis invenimus cum probaverim, promissis me stetisse credo.

Ex Formularum indole sequitur haud raro eadem saepius occurrere, alia contra nonnisi semel, vel prorsus abesse; in multis ergo nos ignorare qualis fuerit status linguae confitendum est.

In aliis autem propius accessisse iam videtur ad eam rationem qua paullo post francogallorum linguae primitiae scribentur.

A in atonis saepius per e scriptum obvenit quam apud aequales; e saepius per i.

De o et u, de diphthongis eaedem permutationes sunt notandae quae et aliunde nobis sunt cognitae; *nafragium* argumento est iis qui non solum ante *u* in sequenti syllaba au in *u* mutatum esse perhibent.

Operae pretium est attendere ad scripturam *diaei*, in quo vocabulo *aei* = e.

Consonantes nonnullae aliquid produnt, quod praetereundum non est.

P per *v* scriptum occurrit, *sevis* (= saepibus) iam in formules.

Finales consonantes quas, divisionem nostram sequentes, separatim tractavimus, nunc in unum complecti licet.

De omnibus, *b*, *d*, *t*, *m* hoc statuendum est eas non auditas fuisse. Derivandum est ex permutationibus crebris, quibus factum est, ut altera pro altera inveniatur.

In nonnullis vocabulis praesentitur vox fr. gallica duplicata consonante.

Quintae declinationis forma in *a* legitur; dat (vel abl.) plur. 1ae declinationis in -abus nondum in oblivionem abiit; quod dici non possumus de declinatione; frequenter casus indicantur praepositionum ope quae sunt *de, ad, per.*

In verborum flexione memorentur imperf. formae in -*bet* (-bit); pro futuro in usu est coni. pr. forma.

In syntaxi ante omnia attendendum est ad pronomen possessivum primae personae et ad reflexivum, pro quo gen. *eorum* (vel *eius*) haud raro adhibetur.

In praepositionum usu sentiuntur multa quae deinde in Romanicis linguis apparent.

Neutri forma proniminis in *id sunt* iam fr. g. ce sont in mentem vocat.

Duplex negatio ut in omnibus vulgaribus scriptis, et in nostris semper adhibetur.

Dissolutio pronominis relativi nostro iam in usu fuit.

Caetera praetereo; quippe quas non apud nostrum praesertim vel admodum frequenter inveniuntur.

APPENDIX I.

CHRONOLOGICA.

Sex etatis sunt mundi.

Prime ab Adam usque ad Noe; secunda ad Noe usque ad Abraam; tertia ab Habraam usque ad Moysen; quarta ad Moysen usque ad David; quinta a David usque ad Johannem Baptistae; sexta a Johannem Baptistam usque ad resurrectione Christi et sic adserunt seniores quod sex etatis sint in hominem quem Deus de limo terre ad similitudinem sua plasmavit.

Qualiter intellegere posso bissexto.

In sex dies fecit Deus mundo et in septimo requievit. Ergo ut plenius intellegatur conpotas quantas oras habit annus et dividis illos in septe partis et quantas remanent inde fiat bissextus; primas conpotas dies CCC quomodo oras dicis tricentini sunt III milia; item facies bis tricentini sunt DCCCC fient fiunt in CCC dies: oras III milia DC. Item facies decies sexagenus DC sunt et bis sexagine CXX fient fiunt oras DCCXX; item facies quinquies decenus et bis quini

---

Annotanda: vs. 12. Quomodo oras dicis tricentini, *dicis = decies*, vs. 13. DCCCC: lege: *DC*, *ecce*, vs. 16, l. quinquies decenus < L >

X; ecce habis LX. De dies quinque fiunt fieri simol in integro anno de dies CCCLXV sunt oras IIII milia LXXX et alias tantas in noctis; fieri simul de dies et noctis oras octo milia DCCLX. Dividis illas in septe partis et remanent III: istas III oras in quattuor annis faciunt diem unum et exinde fiet bissextus.

Bissextum non ab illum diem fieri ut quondam potant cum Iosoe solo oravit stare credendum est quia ille dies et fuit et praeteriit sed ob hoc dicitur bissextum quod in annum et quemquae minse ponctus unus adcriscat. Ponctus vero unus pars ora est quarta; quattuor vero puncti una ora explecant; ergo in quattuor annis quod sunt duodecem ore diem faciunt uno; hoc est in primo anno III oras adcriscunt et in alio et tercio similiter faciunt; cum compliti fuerunt ipsus duodicem oras inplent diem unum et exinde fiet bissextus et ipse dies aderit bissextus.

Incipit compotum annorum ab inicio mundi u(s)quae annum III Theudorigo regis.

A mundi principio usquae a diluvio duo milia CCXLII anni sunt et a diluvio usque ad Abraam nativetate DCCCCXL anni sunt; a mundi principio usque quo filiis Israhel mistirio caelesti iniciaverunt anni sunt III milia DCLXXXVIIII; a principio mundi usque ad passionem Christi V milia CCXXVIIII anni fuerunt; abunde peractis regnum Chlodoveo Theodorigo et Childorico a mundi inicio anni sunt V milia DCCCLXXX in anno tercio Theudorigo regis.

Annotanda: vs. 2; lege: IIII milia <CCC>LXXX.

APPENDIX II.

Formulae duae, quas primum edidit W. M. Lindsay, *Handbook of Latin Inscriptions*, London 1897 Nos. 84 et 86, vide pag. 27.

LXXXIV. Judgment by Thierry III, King of the French, on a claim, by a woman named Acchildis against Amalgarius, of a portion of land, 679—680 a.d. The document is preserved in the Archives Nationales, Paris.

Theudericus rex Francorum, uir inluster.

Cum ante dies in nostri uel procerum nostrorum presencia conpendio in palacio nostro ibique ueniens fimena nomene Acchildes Amalgario interpellauit, dum dicerit eo quod porcione sua in uilla Noncobanti Bactilione ualle, quem de parti genetrici sua Bertane quondam ligebus obuenire debuerat, post se malo ordene retenirit; qui ipse Amalgarius taliter dedit in respunsis eo quod ipsa terra in predicto loco Bactilione ualle de annus triginta et uno inter ipso Amalgario uel genetore suo Gaeltramno quondam semper tenuerant et possiderant, sic eidem nunc a nostris procerebus ipsius Amalgario fuissit, indecatum ut de nouo denomenatus aput sex, sua mano septima, dies duos ante istas kalendas Iulias in oraturio nostro super cappella domni Martine, ubi reliqua

sacramenta percurribant, hoc dibirit coniurare quod antedicta terra in predicto loco Bactilione ualle inter ipso Amalgario uel genetore suo Gaeltramno de annus triginta et uno semper tenuissint et possedissint, nec eis diger numquam fuissit, nec aliut exinde non redebirit nisi edonio sacramento. Sed ueniens antedictus Amalgarius ad ipso placito Lusareca in palacio nostro uno cum hamedius suos, ipso sacramento iusta quod eidem fuit iudicatum et nostras equalis precepcionis locuntur, in quantum inluster uir Dructoaldus comes palati noster testimuniauit ligibus uisus fuit adimplissit, et tam ipse quam et hamediae suae diliguas eorum derexsissint. Propteria iobimus ut ipsa porcione in predicto loco Bactilione uualle, unde inter eus orta fuit intencio, memoratus Amalgarius contra ipsa Acchilde uel suis heridibus omne tempore abiat euindecata.

Odinberthus recognouit.

Datum sub die segundo kalendas Iulias annum vii rigni nostri Lusareca in dei nomene f[eliciter].

LXXXVI. Judgment of Pepin, Mayor of the Palace, awarding to Fulradus, Abbot of St. Denis, property in a place called Curbrius, in the province of Telle, against the claim of Ragana Abbess of Sept Meules. 750 a. D. *The document is preserved in the Archives Nationales, Paris.*

Cum resedissit inluster uir Pippinus, maiorem domus Attiniaco in palacio publico ad uniuersorum causas audiendum uel recta iudicia termenandum, ibique ueniens Fulradus, abba de monastherio sancti domni Dionisii, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit,, aduocato Ragane abbatissa nomene legitemo interpellabat, repetebat ei eo quod ipsa

Ragana uel agentis monasterii sui Septemolas res sancti Dionisii post se malo urdine retenebat iniuste in loco qui dicitur Curbrius in pago Tellau, quem Chairebaldus et coniux sua Aillerta per eorum testamentum ad casa sancti Dionisii condonarunt. Sed ipsi legitemus in presente adistabat et ibidem ostendebat cartas de nomene Francane, qualiter ipsas res ad Septemolas condonassit. Unde et nos acc causa pro ueretate inquesiuimus quod ipsas ris per drictum ad casa sancti Dionisii aderant et ipsi legitemus nulla habuit quod contra ipsa instrumenta sancti Dionisii dicere aut obponere dibuissit. Unde et de presente ipsa strumenta in omnibus ueraces esse dixit, et postea per suo uuadio ipsi Fulrado abbati de ipsas res in Curborio per suo uuadio in causa sancti Dionisii uisus fuit reuestisse, et per suo fistugo sibi exinde dixit esse exitum tam pro se quam pro ipsius Raganam abbatissa uel agentis monastherii sui Septemolas . . . Propteria iobemus ut, dum ac causa sic acta uel perpetrata fuit, ipsi Fulradus alba uel casa sancti Dionisii seo successoris sui ipsas ris in Corborio, de quantum quod Chairebaldus et coniux sua Aillerta per eorum instrumentum manus potestadiuas ad casa sancti Dionisii condonarunt contra ipsa Ragane abbatissa uel agentis monastherii sui Septemolas uel in contra ipsius legitemo seo successoris eorum habiat euindicatas atque elidiatas et sit inter eos in postmodum ex ac re omneque tempore subita causacio.

Uuineramnus recognouit et subscripsit.

---

1. Cod. Weingartensis fol. 136[1]

2. Cod. Weingartensis fol. 180[1]

THESES.

I.

Falso contendit Detlefsen (*Plinius* N. H. IV. p. 5) quem secutus est Chatelain (*Paléographie des cl. lat.* II. p. 14), codicem Parisinum 6796 (G.) partem esse manuscripti cuius reliquiae servantur in codd. Vaticano 3861 (D.) et Leidensi (Voss. lat. fol. 61) (V.)

II.

Horatius. Sat. II. 6., 13 sqq.

Hercule, si quod adest gratum iuvat, hac prece te oro:
Pingue pecus domino facias et cetera praeter
Ingenium; utque soles, custos mihi maximus adsis.
Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi
quid prius illustrem satyris musaque pedestri
nec mala me ambitio perdit nec plumbeus Auster
Autumnusque gravis Libitinae quaestus acerbae.
Matutine pater, seu Iane libentius audis, e. q. s.

Transponendi sunt vs. 18—19 post vs. 15 mutato perdit (vs. 18) in perdat.

III.

Propertius I. 1.19 20.

> At vos deductae quibus est fallacia lunae,
> Et labor in magicis sacra piare focis.

Lectio codicis Neapolitani (N) nulla eget medela.

IV.

Livius 27.9. 2.

Fremitus enim inter Latinos sociosque in conciliis ortus: decimum annum delectibus stipendiis se exhaustos esse.

Post decimum excidit: iam.

Livius 22.25. 3.

Cum laeta civitate dictator unus nihil nec famae nec litteris crederet et ut vera omnia essent secunda se magis quam adversa timere diceret, tum M. Matilius tribunus plebis id enim ferendum esse negat.

Madvigii emendatione: id enimvero ferendum esse negat (Emm. Liv. p. 244 i. c.), opus non est.

Livius 26.33. 4.

Summotis deinde e templo, paulisper an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset — mortuus enim post captam Claudius consul erat — ut coram imperatore . . . disceptaretur.

Insere: post < Capuam captam.

—

V.

Ea quae Vergilius *Ecloga* VI vs. 13 sqq. de Sileno cecinit, non e Theopompo transtulit (v. Servius l. c.).

VI.

Chromis et Mnasyllos qui a Vergilio *Ecl.* VI vs. 13 sqq. finguntur vinxisse Silenum, pastorum pueri (Servius ad vs. 24: qui estis homines) non satyri (idem ad vs. 13: isti pueri satyri sunt) intelligendi sunt.

VII.

Porticus Liviae a Livia, Augusti uxore, aedificata est atque dedicata.

VIII.

Cassius Dio, haec tradens (53.26): *καὶ τῷ μὲν Ἰούβᾳ τῆς τε Γαιτουλίας τινὰ ἀντὶ τῆς πατρῴας ἀρχῆς . . . καὶ τὰ τοῦ Βόκχου τοῦ τε Βογόου ἔδωκεν.* Numidiam Iubae patris regnum cum provincia eiusdem nominis confundit.

IX.

Verba quae leguntur S. C. de Bacchanalibus (C. I. L. I. 43): De Bacanalibus quei foideratei esent, ita exdeicendum censuere ita sunt explicanda ut Bacanales dicantur ii qui Bacchis sunt initiati.

X.

Apud Athenienses coniunctio legitima civis cum muliere ab eo in matrimonio non recepta (concubinatus legitimus) nulla erat.

XI.

Quae vulgo narrantur de more Spartanorum liberos recens natos quibus corpora vitiis depravata essent occidendi, nullo idoneo antiqui auctoris testimonio nituntur.

XII.

Quae THUCYDIDES VI 54—59 narrat de Harmodii et Aristogitonis coniuratione magis fide digna sunt quam quae leguntur hac de re apud ARISTOTELEM *Ath. Pol.* XVIII.

XIII.

APPIANUS *Bellum Civ.* I. 1.

Ὁ δὲ δῆμός ποτε καὶ στρατευόμενος ἐς τοιάνδε ἔριν ἐμπεσὼν οὐκ ἐχρήσατο τοῖς ὅπλοις παροῦσιν, ἀλλ' ἐς τὸ ὄρος ἐκδραμὼν τὸ ἀπὸ τοῦδε κληζόμενον ἱερόν, οὐδὲν οὐδὲ τότε χειρῶν ἔργον, ἀλλ' ἀρχὴν ἑαυτοῦ προστάτιν ἀπέφηνε κ. τ. λ.

Propono: *ὁ δὲ δῆμός ποτε καὶ συστρεφόμενος ἐς τοιάνδε ἔριν ἐμπεσὼν οὐκ ἐχρήσατο τοῖς ὅπλοις ἀλλὰ παραυτίκα ἐς τὸ ὄρος ἐκδραμὼν κ. τ. λ.*

XIV.

Hippocrates *Aphorismata*, S. III. 8 (ed. Ermerins I. p. 411).

Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καίροισι εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίγνονται, ἐν δὲ τοῖσι ἀκαταστάτοισι ἀκαταστάτοι καὶ δύσκριτοι.

Redde loco: *ἐν τοῖσι εὖ κατεστεῶσι καίροισι κ. τ. λ.*

XV.

Suidas s. v. *Ἄβελ.* i. f.

Ὁ δὲ Κάιν δυσσεβῶς ἑαυτῷ ἀπονέμων τὰ πρῶτα γεννήματα τῷ θεῷ δὲ τὰ δεύτερα εἰκότως καὶ ἀπεβλήθη. Φησὶ γάρ· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας τινὰς προσήνεγκε Κάιν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, ὥστε διὰ τοῦτο Κάιν ἐλέγχεται, ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια γεννήματα προσήνεγκε τῷ θεῷ ἀλλὰ τὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς καὶ δεύτερα.

Verba *μεθ' ἡμέρας τινὰς καὶ* expungenda sunt.

XVI.

Aristophanes Eqq. vs. 249 sq.

Καὶ πανοῦργον καὶ πανοῦργον πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐρῶ
Καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.

Verba ita sunt corrigenda atque distinguenda:

Καὶ πανοῦργον καὶ πανοῦργον - πολλάκις γε ταῦτ' ἐρῶ -
Καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦργος πολλάκις τῆς ἡμέρας.

—

XVII.

Aristophanes. Eqq. vs. 814.

σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις;
ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ.

In emendando vs. 815 participium εὑρὼν immerito sollicitant editores.

XVIII.

Vocabula quae in Francogallorum lingua inveniuntur ex graeca lingua orta, exceptis iis quae post renatas litteras procreata sunt nova ad res novas distinguendas, per vulgarem latinum sermonem in eam irrepserunt.

XIX.

Methodus quam secutus est Heinrich Lewy in libro cui titulus: *Die Semitische Fremdwörter im Griechischen* (Berlin 1895) necessario errores multos producet atque derivationes fide prorsus indignas.

XX.

Bonnet: *Le Latin de Grégoire de Tours*, p. 591:

Un emploi qui paraît être tout à fait étranger à la langue ancienne, c'est post avec des verbes comme *ire*, etc. signifiant: *à la poursuite de, vers* comme quand nous disons: courir après quelqu'un:

Hist. Fr. 21 p. 60, 15: *vade post eum.*

Haec constructio praepositionis *post* post verba *eundi* hebraismus est.

XXI.

Quae Gualtherus ab Insulis, dictus de Castellione, narrat de Alexandro quaerente *nescitum Nili mortalibus ortum* (*Alexandreis* IX 507) e Lucani *Phars.* X 195 sqq. deprompsit.

XXII.

Iniuria Reinhold (*Romania* XXXIV p. 126—327) eam amandi rationem quae vocatur *amour courtois*, a Platone originem duxisse perhibet.

XXIII.

Forma provincialis linguae *grazal* derivari non potest a gratalus, gratalis > κραταλος pro κρατῆρος.

XXIV.

In describenda Alexandri Magni iconographia earum potissimum imaginum ratio habenda est quae supersunt in sarcophago Sidonio et in Neapolitano pavimento.

XXV.

Errant qui putant Heraclitum de rerum origine opinionem protulisse.

CONSPECTUS CAPITUM.
